UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Corpus Juris Canonici

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661**

Vndecima causa. Præfigens undena forum ligat, atque relaxat. Tres quæstiones undecimæ causæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

1 ¶ Galliæ ] *In conciliis impreſſis & aliquot Gratiani exemplaribus legitur*, Galliciæ. *In aliis autem, & emendatioribus, atque in codice conciliorum Lucenſi regio habetur*, Gallicanæ provinciæ. *Nam eo tempore Archiepiſcopus Narbonenſis, & ejus provinciæ Epiſcopi ad ſynodos Toletanas conveniebant, quod ex ſubſcriptionibus Toletani tertii apparet. In eo enim Nigetius Narbonenſis metropolitanus, Sergius Epiſcopus Carcaſſonenſis, & Nebridius Epiſcopus Agathenſis, & procuratores Magalonenſis & Nemauſenſis Epiſcoporum ſubſcribunt. Ejuſdem quoq; metropolitani, & ipſius provinciæ Epiſcoporum ſubſcriptiones in quarto & ſexto Toletanis conciliis impreſſis leguntur, & illæ, quæ in manuſcriptis habentur, omittuntur.*

2 ¶ Quinquagenarium] *In variis editionibus hujus concilii legitur*, quinarium. *Verùm in codice Lucenſi regio, uno Vaticano, & altero Bibliothecæ Dominicanæ manuſcriptis, & vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Ivone eſt*, quinquagenarium. *Et hanc lectionem ſecutus eſt Innocentius III. in concilio Lateranenſi, c. cùm Apoſtolus. extra, de cenſi. & exact.*

C. IX. ¶ *Sacerdotes ab Epiſcopis ſuis ultra modum non graventur.*

*Item* Gregorius *Epiſcopus Siciliæ, lib. 11. epiſt. 20.*

RElatum eſt nobis ſanctæ memoriæ deceſſoris mei temporibus per ſervum Dei Diaconum, qui tunc eccleſiaſtici patrimonii curam geſſit, fuiſſe diſpoſitum, ut ſacerdotes per univerſas veſtras diœceſes conſtituti, quoties ad conſignandos infantes egredimini, ultra modum gravari minimè debuiſſent. Summa enim præfixa fuerat, vobis, ut audio, conſentientibus, quæ ab eiſdem ſacerdotibus pro labore clericorum dari debuiſſet. Atque hoc quod tunc placuit, ſicut nunc dicitur, minimè cuſtoditur. Vnde fraternitatem veſtram admoneo, ut ſubjectis veſtris non graves ſtudeatis exiſtere.

C. X. ¶ *Secundùm loci mediocritatem Epiſcopis convivia parentur.*

*Item* Pelagius *Creſconio Illuſtri.*

ILlud *a* magnitudinem tuam minimè volumus ignorare, quòd Syracuſanæ civitatis Epiſcopus, inter alia, quæ in cautionum ſuarum pagina ſpoſpondit, hoc etiam ſpecialiter ſub interpoſitione pœnæ legitimè promiſiſſe legitur, nunquam ſe à quolibet ſuæ diœceſis Presbytero ultra duos ſolidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occaſionem quidquam in ejus ſe diſpendio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua, non ſolùm à prædicto Epiſcopo, ſed de omnium Epiſcoporum Siciliæ perſonis competenti ſollicitudine cuſtodire non deſinat, nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundùm mediocritatem uniuſcujuſcunque loci Epiſcopo ad conſignationem venienti ſuſceptionis præparari convivium: quia nec eo prætextu pauperibus inferri damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

## CAVSA XI.

C*Lericus adverſus clericum quæſtionem de prædiis agitavit, quem ad civilem judicem producere voluit: reus non niſi ante judicem eccleſiaſticum ſtare volebat: actor verò potentia civilis judicis illum à poſſeſſione ſua dejecit. Quo audito, Epiſcopus eum ab officio ſuſpendit: ille contempta Epiſcopi ſententia, officium ſuum adminiſtravit. Hoc comperto Epiſcopus ſine ſpe reſtitutionis in eum ſententiam dedit.*

1 *Hic primùm quæritur, utrum clericus ante civilem judicem ſit producendus:*

2 *Secundò, ſi producendus non eſt, an hæc culpa ſit digna ſuſpenſione:*

3 *Tertiò, ſi digna non fuerit, an contemptorem ſententiæ ſui Epiſcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

a *Anſ. l. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.*



QVÆSTIO I.

1 ps QVòd clericus apud ſæculares judices accuſandus non ſ[...] Cajus Papa *epiſtola ad Felicem Epiſcopum, ſecunda* [...] *ſcribit, dicens.*

C. I. ¶ *Apud ſæcularem judicem nullus clericus conveniatur.*

NEmo unquam Epiſcopum apud judicem ſæcularem aut alios *a* clericos accuſare præſumat.

C. II. PALEA.

I. NVllus *b* judicum, neque Presbyterum, neque Di[...]conum, aut clericum ullum, aut juniores *c* ec[...]ſiæ ſine licentia *d* pontificis per ſe diſtringat, aut co[...]mnare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab eccleſia cui in[...]riam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, qu[...]que reatum ſuum agnoſcat, & emendet.

¶ *Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus [...] qui hanc paleam habent, & in Decretalibus, tit. de foro compe[...]ti, c. 2. citatur ex concilio Pariſienſi, c. 10. Verùm in concilio [...] ſi Troslejano, c. 6. refertur ex capitularibus, in quibus habetur [...] eſt. lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio [...]lianenſi 4. c. 20. & Antiſſiodorenſi, c. 43.*

C. III. ¶ *De eodem.*

*Item* Marcellinus *e* Papa, *epiſt. 2.*

II. CLericum 1 cujuslibet *f* ordinis abſque ponti[...] ſui permiſſu nullus præſumat ad ſecularem [...]dicem attrahere: nec laico *h* quemlibet clericum [...] accuſare.

1 ¶ Clericum ] *In epiſtola Marcellini ſecunda, & in [...] Aurelianenſi 3. ubi hoc repetitur, & in Pannormia ſic legitur* [...]ricus cujuslibet ordinis abſque pontificis ſui permiſſu [...]lum præſumat, &c. *Verùm ob gloſſas, & citationes doctorum [...] eſt mutatum.*

C. IV. ¶ *Ab eis quiſq; judicandus eſt, quos ſi[...] judices elegerit.*

*Item ex* Nicæno concilio.

IVdices *i* autem alii eſſe non debent, quàm quos [...] qui impetitur, elegerit, aut quos ſuo cum conſ[...] ſancta ſedes, aut ejus primates auctoritate hujus [...] ſedis delegaverint.

¶ *In concilio Nicæno hodie canon hic non habetur: ſed [...]lim plures canones illius concilii ſuprà diſtinct. 6. cap. ſeptua[...] eſt adnotatum. Quorum partem refert Iulius in reſcripto [...] orientales, ubi numero 30. habetur hoc caput: & ex eis citatur [...]lycarpo.*

C. V. ¶ *Ad ſæcularia judicia nullus clericus eſt pertrahendus.*

*Item* Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Imppp. AAA.

COntinua *k* lege ſancimus, ut nullus Epiſcopor[...] eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ad ju[...] ſive ordinariorum, ſive extraordinariorum judicum [...] trahatur. Habent illi ſuos judices, nec quidquam [...] publicis eſt commune cum legibus. *Item.* ¶ Conſt[...]tinus *l* Imperator præſidens 1 in ſancta ſynodo, q[...] pud Nicæam congregata erat, cùm querelam quorun[...] conſpiceret coram ſe delatam, ait. Vos à nemine [...] ditari poteſtis: quia ad Dei ſolius judicium re[...]mini.

1 ¶ Præſidens] *Quàm humiliter ibi ſe geſſerit Conſtan[...] docent Euſebius 2. lib. de vita ipſius, cap. 10. Socrates, lib. 1. [...] Theodoretus l. 1. c. 7.*

a *al. reliquos.* b *Extra de foro compet. c. 2. Cap. lib. [...] & l. 7. c. 139. Burch. l. 16. cap. 22.* c *al. minoris.* d *al.* [...] *al. permiſſu.* e *Et in concilio Aurelian 3. cap. 3.* f [...] *c. 22. Pann. l. 4. c. 31.* g *al. ſæculare judicium.* h [...] i *Poly. l. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 19.* k *In eod. Theod. l. [...] aud. c. ult. Anſ. l. 3. c. 109. Poly. lib. 1. tit. 19.* l *11. q. 1. [...] 11. q. 1. ſacerdotibus. Hiſt. eccleſiaſt. l. 10. c. 2. Ruffino auctore.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. VI. ¶ *De eodem.* PALEA.

*Item* ex concilio Matiſconenſi I. *c. 8.*

II. NVllus *a* clericus alium clericum ad judicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negotium clericorum, aut 1 in Epiſcopi ſui, aut Presbyterorum cum Archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit, ſi minor fuerit, uno minus de quadraginta ictus *b* accipiat: ſi verò honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur.

1 ¶ Aut in Epiſcopi ſui ] *In concilio Matiſconenſi legitur,* aut in Epiſcopi ſui, aut in Presbyteri, aut in Archidiaconi præſentia finiatur. *verùm in prima collectione decretalium Bernhardi, tit. de foro competenti, c. 2. caput hoc refertur eodem modo atq; in hac palea.*

C. VII. ¶ *De eodem.* PALEA.

*Item* Marcellinus 1 *epiſt. ſecunda, ad Epiſcopos Orientales.*

QVæcunq; *e* contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi 2 obedire noluerint, quouſque obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur.

1 ¶ Item Marcellinus ] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad Epiſcopos Galliæ, ſed in aliquot vetuſtis legitur,* Marcel. *Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcellini, & ipſi tribuit Ivo: ſequens autem eſt, quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo, & Ivone citatur ex Bonifacio ad Epiſcopos Galliæ, ut ibi etiam dicetur.*

2 ¶ Et ſi obedire ] *Hæc uſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola: ſunt tamen apud Burchardum & Ivonem.*

C. VIII. ¶ *Neq; pro civili, neq; criminali cauſa Epiſcopus apud civilem judicem producatur.*

*Item* Bonifacius *ad Epiſcopos Galliæ.*

III. NVllus *d* Epiſcopus, neq; pro civili, neq; pro criminali cauſa apud quemvis judicem, ſive civilem, ſive militarem producatur, vel exhibeatur. Magiſtratus enim, qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli condemnatione plectetur.

¶ *Hoc adſcribebatur Marcello: ſed, ut dictum eſt in proxima ſuperiore notatione, in vetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Ivonem part. 5. c. 278. tribuitur Bonifacio: & ſic eſt mutatum. Ferè eadem habentur apud Iulianum antecesſorem, novell. 123. cap. 10. quod in aliis, nomine Bonifacii citantur, ſolet evenire. Et Ivo eadem parte, c. 369. hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum, additis nonnullis verbis, quæ ſunt apud Iulianum.*

C. IX. ¶ *Quilibet clericus non eſt in publico examinandus.*

*Item* Sylveſter Papa *in ſynodo Romana, c. 14.*

TEſtimonium *e* clerici adverſus laicum nemo recipiat: nemo enim *f* clericum quemlibet in publico examinare præſumat, niſi in eccleſia.

¶ *In ſynodo Romana ſub Sylveſtro, c. 14. & in Pannormia legitur eodem modo atq; apud Gratianum, ac propterea nihil eſt mutatum. Verùm in epilogo ejuſdem concilii habetur,* Teſtimonium laici adverſus clericum nemo recipiat. *Et eodem modo legitur in capitulis Hadriani, c. 72. in concilio Triburienſi, c. 4. & ex ipſo apud Burchardum & Ivonem.*

*Item Codicis libro 1. titulo de Epiſcopis & clericis* Imperator Theodoſius: [*Nec honore, nec legibus Epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶ *Item dixit.* [*Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet. Nam & perſona dehonoratur* g, *& dignitas ſacerdotis excepta* h *confundetur.*]

a Burch. l. 16. c. 21. b al. ictibus. c Burc. l. 3. c. 139. Ivo p. 3. c. 203. d Auth. nullus Epiſcopus. Cod. de Epiſc. & clericis. Burch. lib. 1. c. 168. Ivo p. 5. c. 278. & 360. e Burch. lib. 2. c. 204. Ivo p. 6. tit. 39. ibid. f al. etiam. Pann. l. 4. c. 89. tit. 3. l. 7. & in cod. Theod. l. 11. g al. inhonoratur. h al. exempta.

*Novella conſtitutio* a.

[*Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium jurejurando* 1, *ſed Evangeliis tantum coram poſitis.*] ¶ *Item* [*Sed* b *judex mittat ad eum ex ſuis miniſtris, ut propoſitis ſacroſanctis Evangeliis, ſecundùm quod decet ſacerdotes, dicat quæ noverit.*]

1 ¶ Iurejurando ] *Dictio hæc non eſt in novella. Et verba Græca, quæ ad hoc faciunt, ſunt hæc,* ὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέϛαι τὺς θεοφιλεϛάτυς ἐπισκόπυς ἀναγκάζειν εἰς δικαϛήριον παραγενέϑαι ἐπὶ τῷ νέμειν μαρτυρίαν: *id eſt,* Præterea nulli magiſtratuum licebit Dei amantiſſimos Epiſcopos cogere, ut perhibendi teſtimonii cauſa in jus prodeant.

C. X. ¶ *Clericus ad civilem judicem clericum perducens, anathema ſit.*

*Item* Sylveſter *in epilogo concilii Romani.*

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

*Subaudiendum eſt, ſi publicorum judiciorum cognitionem petierit: Epiſcopale namq; judicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare.*

C. XI. ¶ *Proprio priventur honore, publici judicii cognitionem ab Imperatore poſtulantes.*

*Unde in* Carthaginenſi Concilio VIII. *c legitur.*

PLacuit, ut quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum judiciorum petierit, honore proprio privetur. Si autem Epiſcopale judicium ab Imperatore poſtulaverit, nihil ei obſit.

*Sic & ſequentes authoritates intelligendæ ſunt, quibus clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere jubentur.*

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginenſe octavum, quo nomine videtur ſignificari concilium Milevitanum, in quo caput hoc extat, cap. 19.*

C. XII. ¶ *A ſæculari judice clericus non eſt audiendus.*

*Unde* Gelaſius Papa *ſcribit Ezechiæ* d *comiti.*

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe, quod ab eorum poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſervientibus beneficium negare non convenit. Sylveſter *e* itaq; atque Fauſtinianus, qui ſe à cunabulis clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam, conqueruntur: quia dicunt ſe ingenuos, atq; Deo auctore, priſtinæ conditionis nexibus abſolutos in ſortem deterrimæ iterum ſervitutis addici, & per auctoritatem regiam, contra leges publicas, cùm clericali cingulo tenerentur adſtricti, per Archidiaconum urbis Grumentinæ eſſe conventos; cùm conſtet eum, qui cœleſtem militem pulſat, non niſi ejus forum debere ſectari. Et ideò, dilecte fili, dependo ſalutationis affatu, ſupradictos clericos tibi commendo, ut ſi ad delegatorum judicium eorum adverſarii *f* venire contempſerint, ſublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut ſurreptio, aut inimica legibus violentia neceſſitatis imponat: quia, qui judicium refugit, apparet eum de juſtitia diffiſum.

C. XIII. ¶ *Non niſi ad Epiſcoporum judicium clericus vocetur.*

Idem *Criſpino* g, *Sabino Epiſcopis.*

SYlveſter *h* & Fauſtinianus eccleſiæ Grumentinæ clerici, lachrymoſa nobis inſinuatione conqueſti ſunt, libertatem ſibi Domini ſui benignitate conceſſam, hæredum ejus oppreſſione pulſari, ſibique in clericatus officio penè à cunabulis ſervientibus, etiam manumiſſore vivente, in eodem actu nihilominus conſtitutis, divinis miniſteriis *i* impendere ſervitium non licere,

a Novell. 123. §. præterea nulli. apud Iulianum novell. 123. c. 9. b Auth. ſed judex. Cod. de Epiſcopis & cler. c In Milevitano, cap. 19. & in Afric. 71. d al. Zeic. e Infr. ea. Sylveſt. f al. adverſaria venire contempſerit. g al. Criſpo. h Anſ. l. 6. c. 108. i myſteriis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cùm (ſi petitionem veritas ſubſequatur) contra patris,
& auctoris ſui factum venientibus, ut indignis, hæredi-
tas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatem capi-
entibus contra auctoris ſui proſilire judicium. Et ideò,
fratres *a* chariſſimi, quoniam ſe etiam ab Archidiaco-
no dictæ eccleſiæ queruntur oppreſſos, qui per eorum
abſentiam moderatoris judicium promiſit eos eſſe ſe-
cuturos, calcatis omnibus rationibus *b*, & contra le-
ges divinas, & publicas pulſatis, forum ſuum putavit
auferri in veſtro judicio, quiſquis ille eſt, qui clericum
laceſſit, adveniat, ut eccleſiæ jura, quæ vetuſti Principes
aſſidua ſanctione firmaverunt, impetitis clericis non
negentur.

C. XIV. ¶ *Ante judicem civilem ſacerdotes non accuſentur.*

*Item* Alexander *omnibus orthodoxis, per diverſas provincias Chriſto Domino famulantibus, epiſt. 1. c. 1.*

RElatum eſt ad hujus ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis api-
cem (cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & o-
mnium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt,
quaſi ad caput, ipſo dicente principi Apoſtolorum Petro
(Tu es *c* Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccle-
ſiam meam) quod quidam æmuli Chriſti, ejuſque ſanctæ
eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad judices publicos
accuſare præſumant: cùm magis Apoſtolus *d* Chriſti-
anorum cauſas ad eccleſias deferri, & ibidem terminari
præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricati ſunt in De-
um ſuum, & non obediunt præceptis ejus.

C. XV. ¶ *Actor forum rei ſequatur.*

*Item* Pelagius Papa *Benegeſto Defenſori.*

EXperientiæ *e* tuæ præſenti auctoritate mandamus,
ut in cauſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officii
perſona loco petitoris exiſtit, quenquam laicum pulſa-
tura, apud ſuæ provinciæ judicem ſuas proponere actio-
nes non deſerat. In iis verò negotiis, in quibus eccle-
ſiaſtici officii perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſatio-
nis obſtaculo ad Epiſcopi, vel Presbyterorum, in loco,
ubi quæſtio vertitur, conſtitutorum, occurrat indifferen-
ter examen.

C. XVI. ¶ *De eodem.*

Item *f* *Sergio Cancellario.*

SI quiſquam clericus, ſive inferioris, ſive potioris gra-
dus petitor exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas
dirigat actiones, iſte modis omnibus non alibi, quàm a-
pud provinciæ judicem negotium ſuum dicturus occur-
rat. Si quis autem laicus clericum cujuscunque gradus
duxerit eſſe pulſandum, ad Epiſcoporum judicium in ea-
dem civitate, vel territorio conſtitutorum, proponat
eas, quas ſe habere exiſtimat, actiones. Quem ordinem
legibus per omnia convenientem, atque conſentaneum
demonſtrari, illa regula manifeſtat, quæ præcepit acto-
rem forum ſemper ſequi pulſati. Clericis verò pulſatis
in *g* Epiſcopali judicio forum competere, principalium
quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

C. XVII. ¶ *Epiſcopo non permittente, apud ſæcularem judicem clericus pulſari non debet.*

*Item* in concilio Agathenſi, *c. 32. legitur.*

II. CLericum *h* nullus præſumat apud ſæcularem
judicem, Epiſcopo non permittente, pulſare:
ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel *i* proponat:
nec audeat criminale negotium in ſæculari judicio pro-
ponere.

¶ *In concilio Agathenſi, c. 32. in prima parte legitur,* clericus nec quenquam præſumat, &c. *& poſterior ejuſdem capitis*

a *Sup. eadem Chriſtianis.* b *abeſt à multis.* c *Matth. 16.* d *1. Corinth. 6.* e *Polyc. lib. 1. tit. 2.* f *al. idem.* g *Suprà 3. quæſtion. 6. neminem.* h *Ivo part. 6. c. 367.* ] *ead. clericum nullus.* i *al. nec.*



*pars (quæ habetur ſup. 5. q. 6. c. fin.) in qua quaſi ex adverſo ...
de laicis, qui eccleſiam, vel clerum vexant, oſtendit in priore ...
eſſe de clericis, qui ſine permiſſu Epiſcopi ſui laicos pulſarent; ...
originali concordat Ivo.*

C. XVIII. ¶ *Clericus ſuo inobediens Epiſcopo, depoſitus curia tradatur.*

*Item* Pius Papa, *epiſtol. 2.*

II. SI *a* quis ſacerdotum, vel reliquorum cleric...
ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ...
raverit, aut contumeliam, aut calumniam, aut 1 conv...
intulerit, & convinci potuerit, mox depoſitus 2 cu...
tradatur, & recipiat 3 quod iniquè geſſit.

1 ¶ Aut convitia intulerit ] *Sic etiam in vetuſtis, & apud Anſelmum, & Polycarpum: ſed in epiſtola ipſa, & apud ... non habentur iſta verba.*

2 ¶ Depoſitus ] *Abeſt iſta dictio ab originali, & ...*

3 ¶ Et recipiat ] *In epiſtola Polycarpi, & apud ... legitur,* Qui autem facit injuriam, recipiat hoc, quod ...què geſſit.

C. XIX. ¶ *Principali cogatur auctoritate, qui ... invaſam non vult deſerere.*

*Item* ex concilio Carthaginenſi *b* III. *c. ...*

PEtimus, ut dignemini dare fiduciam, qua *c* neceſ...
te ipſa cogente, liberum ſit nobis rectorem pr...
ciæ ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorum Princip...
verſus illum adire, qui 1 plebem, quam invaſer...
hodie commonitus, ſecundùm quod ſtatutum fu...
linquere contemnit: ut qui miti admonitioni ſ...
tis veſtræ acquieſcere noluit, & emendare illic...
ctoritate judiciaria protinus excludatur. Aureli...
ſcopus dixit. Servata forma diſciplinæ, non ...
tur appetitus, ſi à veſtra charitate modeſtè *d* ...
tus, recedere detrectaverit, cùm fuerit, ſuo con...
& contumacia faciente, etiam auctoritate judici...
ventus. Honoratus & Urbanus Epiſcopi dixer...
enim omnibus placet. Ab univerſis Epiſcop...
eſt, Iuſtum eſt, Placet.

1 ¶ Qui plebem ] *Hæc uſque ad verſ.* contem... *collectore ex verbis in eodem capite præcedentibus huc ... illa omnia referenda eſſent.*

C. XX. ¶ *A Principibus corrigantur, quos eccleſia corrigere non valet.*

*Item* Gregor. Papa.

IStud *e* eſt quod à vobis popoſcimus, & nunc ...
poſtulamus, ut Paulinum Aquileienſem, Pſeudo...
pum, & illum Mediolanenſem Epiſcopum ad ...
ſimum Principem ſub digna cuſtodia dirigatis, ...
qui Epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra ...
canonicam conſuetudinem factus eſt, alios ultra ...
dat; & ille, qui contra morem antiquum eum ...
præſumpſit, canonum vindictæ ſubjaceat.

¶ *Hoc capitulum in Polycarpo refertur ſine auctoris ... libro autem ſeptimo, titulo quinto ſimile quiddam refertur ... ad Ioannem magiſtrum militum, ſed in eo libro ſæpe ... ſcribitur Gelaſius. Anſelmus quidem integram epiſtolam ... gii refert, cujus prior pars eſt hoc caput, poſterior vero cap. ... ſup. diſt. 17.*

C. XXI. ¶ *Proprium gradum amittant ... conjurantes, vel conſpirantes.*

*Item* in concilio Chalcedonenſi *f*, *c. ...*

COnjurationum *g* & conſpirationum crimen ...
apud Græcos dicitur φρατρεία,) publicis ...
gibus certum eſt penitus inhiberi. Hoc multo ...
in ſancta Dei eccleſia ne fiat, convenit abdicari ...
verò clerici, vel monachi inventi fuerint con...
aut conſpirantes, aut phratrias, vel factiones ...

a *Polyc. lib. 4. tit. 34. Anſelm. l. 9. c. 17. Ivo p. 5. c. ...* b ... *in Afric. c. 15.* c *al. quoniam.* d *al. modeſtius.* ... *l. 12. c. 42. Polyc. l. 1. tit. 15.* f *Et in Vormacienſi, c. 74.* ... *ead. ſi qui clerici.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nentes aliquas ſuis Epiſcopis, aut clericis aliis, omninò cadant de proprio gradu.

C. XXII. ¶ *Clerici conſpirantes, proprio amiſſo gradu, retrudantur in carcerem: cæteri excommunicentur.*

*Item* Calixtus Papa *Epiſcopis Galliæ, epiſt.2.*

CONſpirationum *a* crimina veſtris in partibus vigere audivimus, & plebes contra Epiſcopos ſuos conſpirare nobis manifeſtum eſt: cujus criminis aſtutia non ſolùm inter Chriſtianos, abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab cæteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non ſolùm eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi damnant leges: & non ſolùm conſpirantes, ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores verò noſtri cum plurima turba Epiſcoporum, quicunque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore quo utuntur, carere *b* præceperunt: cæteros verò communione privari, & ab eccleſia extorres fieri juſſerunt, omneſque ſimul utriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt, & non ſolùm facientes, ſed & eis conſentientes.

C. XXIII. ¶ *Clerici aut monachi conjurantes, proprio priventur honore.*

*Item* ex concilio Chalcedonenſi, *c.18.*

SI qui clerici, aut monachi reperti fuerint conjurantes *c*, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes Epiſcopis, aut clericis *d*, gradu proprio penitus abjiciantur.

¶ *Hic canon eſt pars canonis 18. Concilii Chalcedonenſis, qui paulo ante c. conjurationem. integer ex alia refertur verſione.*

C. XXIV. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Toletano.

SI *e* clerici aut monachi inventi fuerint conſpirantes, aut per conjurationem calumniam machinantes Epiſcopis vel clericis, proprium amittant gradum.

¶ *Ivo etiam, & auctor Polycarpi citat ex Toletano: ſed in nullo eſt inventum, & eſt idem canon cum priore, verbis tantùm mutatis.*

C. XXV. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Aurelianenſi III. *c. 21.*

2 SI qui clericorum (ut nuper multis locis per ſuperbiam, diabolo inſtigante, actum fuiſſe perpatuit) rebelli auctoritate ſe in unum conjuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus hæc præſumptio elabatur *f* ſed re detecta, cùm in ſynodum ventum fuerit, in præſumptores juxta perſonarum & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis divinis *g* corde, non chartulæ conſcriptione, vel conjurationibus eſt exhibenda, ita quæ *h* ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione Pontificali ſunt reprimenda.

C. XXVI. ¶ *Inter clericos & laicos cauſa exorta ab Epiſcopis audiantur.*

*Item* Innocentius Papa *ad Victricium Rothomagenſem, epiſt.2. c.3.*

SI *i* quæ cauſæ, vel contentiones inter clericos, vel 1 inter laicos & clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ: placuit, ut ſecundùm ſynodum Nicænam, congregatis omnibus *k* ejuſdem provinciæ Epiſcopis, judicium 2 terminetur.

1 ¶ Vel inter ] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum abſunt hæc*, vel inter laicos & clericos. *In Gratiani codicibus legebatur*, contentiones inter clericos & laicos.

a *Polyc. lib.4. tit.30. Anſ. l.1. c.18. Burch. l.10. c.64. Ivo p.12. c.13. & part.6. c.346.* b *al. cadere.* c *Sup. ead. conjurationum. Polyc. l.4. tit.34. Burch. l.10. c.68. Ivo p.12. c.87.* d *al. conclericis.* e *Polyc. ib. Burch. l.10. c.69. Ivo p.12. c.83. Anſ. lib.8. c.18.* f *al. prævaleat. al. præveletur.*] g *al. Dominicis.* h *al. quod amittitur, eſt reprimendum.* i *Cap. l.6. c.287. Anſ. l.3. c.53.15.* k *abeſt à nonnullis conciliorum editionibus.*

2 ¶ Iudicium ] *In aliquot editionibus ipſius epiſtolæ, apud Anſelmum, in Capitularibus, & in epiſtola Nicolai Epiſcopis Galliæ, in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur*, jurgium.

*Cùm ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante civilem judicem denegentur producendi, cùm (niſi prius depoſiti, vel nudati fuerint) curiæ non ſint repræſentandi, patet, quòd ad ſæcularia judicia clerici non ſunt pertrahendi.*

2. pars. *His ita reſpondetur. Clerici ex officio Epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorum Imperatori ſunt obnoxii. Ab Epiſcopo unctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore verò prædiorum poſſeſſiones naniſcuntur. Vnde* Auguſtinus *ait ſuper Ioannem.* [*Quo a jure villas defendis? divino, an humano?*] *require in principio, ubi differentia ſignatur inter jus naturale, & jus conſtitutionis. Quia ergo, ut prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt, patet, quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxii.*

C. XXVII. ¶ *Imperatori tributum eccleſia denegare non debet.*

*Item* Ambroſius *contra Auxentium, in oratione de tradendis baſilicis.*

SI *b* tributum petit Imperator, non negamus, agri eccleſiæ ſolvunt *c* tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vindicandorum. *Ac paucis interjectis.* ¶ Tollant eos, ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego.

C. XXVIII. ¶ *Poteſtatibus tributa non ſunt deneganda.*

Idem *in commentariis ad c.5. Lucæ, lib.4. c. penult.*

MAgnum quidem eſt, & ſpirituale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubjecti: ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſolvendam. Si enim cenſum *d* Dei filius ſolvit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſolvendum?

*Item Apoſtolus* e: [*Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.*] *item Petrus* f *Apoſtolus generaliter omnibus fidelibus ſcribit:* [*Eſtote ſubditi Dominis veſtris, ſive Regi, quaſi præcellenti, ſive Ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*]

C. XXIX. ¶ *De ſæcularibus negotiis Epiſcopus cognoſcere non debet.*

*Item ex epiſt.1.* Clementis *ad Iacobum fratrem Domini.*

TE *g* quidem oportet irreprehenſibiliter vivere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias: ne fidejuſſor exiſtas: ne advocatus litium fias: néve in ulla aliqua occupatione prorſus inveniaris mundialis negotii occaſione perplexus. Neque enim judicem, aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus: ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundùm veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi invicem vacantes 1 laici: & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur.

1 ¶ Vacantes laici] *In epiſtola Clementis legitur*, diſcentes, id eſt, laici: *ſed Gratianus etiam infrà poſt paleam*, clericus nullum. *eodem modo legit atq; hic.*

C. XXX. ¶ *In his, quæ ad communis vitæ uſum pertinent, laici ſibi invicem operam dent.*

*Item* ibidem *continenter.*

a *Diſt.8. quo jure.* b *l.5. epiſtolarum poſt epiſt.32.* c *al. ſolvant.* d *Marc.12.* e *Rom.13.* f *1.Pet.2.* g *Inducitur Petrus loquens Clementi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SIcut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſollicitudines ſuſcipere ſæculares: ita & unicuique laicorum peccatum eſt, niſi invicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ uſum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò ſecurum facere ex his, quibus non debes inſtare *a*, omnes communiter elaborent. Quòd ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi ſunt, ut tibi ſolius eccleſiæ ſollicitudines derelinquant.

*Ex his omnibus datur intelligi, quòd in civili cauſa clericus ante civilem judicem conveniendus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus judex eſt adminiſtrator, ita & civilium nonniſi civilis debet eſſe executor. Sicut enim ille ſolus habet jus interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos: ita ille ſolus civilium legum debet eſſe interpres, qui eius jus, & auctoritatem impertit. In criminali verò cauſa non niſi ante Epiſcopum eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus & canonibus ſuprà definitum eſt, ut in criminali videlicet cauſa ante civilem judicem nullus clericus producatur, niſi fortè cum conſenſu Epiſcopi ſui, veluti, quando incorrigibiles inveniuntur, tunc detracto eis officio, curiæ tradendi ſunt.*

C. XXXI. ¶ *Qui Epiſcopo inſidiatur, ſemotus à clero curiæ tradatur.*

*Unde* Fabianus Papa *ait epiſt. 2. Epiſcopis Orientalibus.*

STatuimus *b*, ut ſi quis clericorum ſuis Epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, mox ante examinatum judicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſque ulla reſtitutionis ſpe permaneat.

*Quia ergo iſte non in criminali, ſed in civili cauſa clericum ante civilem judicem produxit, non eſt judicandus tranſgreſſor canonum, nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad judicem non ſuum, quia de civili cauſa non niſi judex civilis cognoſcere debet.*

3 pars. *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, veriſimilia quidem videntur, ſed pondere* c *carent. Sacris enim canonibus & forenſibus legibus, tam in civili quàm in criminali cauſa clericus ad civilem judicem pertrahendus negatur.*

C. XXXII. ¶ *Fratres apud Presbyteros judicentur.*

*Unde in epiſtola prima* Clementis *ad Iacobum legitur.*

SI *d* qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non judicentur: ſed apud Presbyteros eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur.

C. XXXIII. ¶ *Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam.*

*Item* Sylveſter Papa *in epilogo* e *concilii Romani.*

4. NVllus *f* clericus, vel Diaconus, vel Presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante judicem civilem 1 cauſam dicere præſumat.

1 ¶ Civilem ] *In epilogo ſynodi Romanæ ſub Sylveſtro, unde hoc videtur ſumptum, legitur,* cinctum, *cingulo enim milites ac magiſtratus ab Imperatore donabantur.*

C. XXXIV. ¶ *Eccleſiaſticum, non forenſe judicium pœnitens expetat.*

*Item* Leo Papa *ad Ruſticum, epiſt. 90. al. 92. c. 9.*

ALiud *g* quidem eſt, debita juſtè repoſcere, aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo *h* [Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.] Unde ſi quis pœnitens habet cauſam, quam negligere fortè non debeat, melius expetit eccleſiaſticum, quàm forenſe judicium.

*Non ait propter criminale tantùm; ſed generaliter propter quamlibet cauſam, tam civilem, quàm criminalem intelligens.*

C. XXXV. ¶ *Quicunq; licet ſacroſanctæ ſedis antiſtitis judicium eligere.*

*Unde* Theodoſius Imperator *a.*

QVicunq; litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, vel in *b* initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm jam cœperit promi ſententia, judicium elegerit ſacroſanctæ ſedis Antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum *d* judicium cum ſermone litigantium 1 dirigantur.

1 ¶ Dirigantur ] *In Cod. Theodoſiano, lib. 16. tit. de Epiſcopali judicio. l. 1. quæ repetitur. l. 6. Capitul. c. 281. & in conſilio Valentini, ſub Lothario, & apud Ivonem, & Anſelmum ſequuntur hæc:* Multa enim quæ in judicio captioſæ præſcriptionis juricula non patiuntur, inveſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas, *ac ſtatim adnectitur cap. ſequens,* omnes itaque cauſæ.

C. XXXVI.

*Item* ibidem.

OMnes *e* itaque cauſæ, quæ vel prætorio jure, vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis jure firmentur, nec ulterius liceat retractari negotium, quod Epiſcoporum ſententia deciderit. ¶ Teſtimonium etiam, ab uno licet Epiſcopo perhibitum, omnes judices indubitanter ſuſcipiant; nec alius audiatur, cùm teſtimonium *f* Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes.

*Hæc ſi quis antiquata contendat, quia in Iuſtiniani codice non inveniuntur ita inſerta, per* Carolum *renovata cognoſcat, qui in Capitularibus, l. 6. c. 281. ait inter cætera.*

C. XXXVII.

VOlumus *g*, atque præcipimus, ut omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubjecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bavari, Burgundiones, Saxones, Thuringi, Friſones, Galli, Britones, Longobardi, Guaſcones, Beneventani, Gothi, Hiſpani, cæterique nobis ſubjecti omnes, quocunque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſextodecimo Theodoſii Imperatoris libro, capitulo videlicet undecimo, ad interrogata Ablavii Ducis, illi & omnibus reſcriptam 1 ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſultu omnium fidelium noſtrorum, tam clericorum, quàm & laicorum poſuimus, lege *h* cuncti perpetua teneant, id eſt, Quicunq; litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, &c. [ut ſupra.]

1 ¶ Reſcriptam ſumpſimus ] *Sic eſt emendatum ex capitulari. Antea legebatur,* per ſcripturam miſimus.

C. XXXVIII. ¶ *Presbyter apud Epiſcopum tantum judicari debet.*

*Item* Gregorius *lib. 11. epiſt. 34. Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam, monendo dicit.*

DE *i* perſona Presbyteri hoc attendendum eſt, quia ſi quam cauſam habuit, non ab alio teneri, ...

a *Vocare.*] *orig.* b *Anſ. l. 7. c. 159. Polyc. l. 4. tit. 31.* c *al. pondere veritatis.* d *Polyc. l. 5. tit. 1. Ivo p. 6. c. 345. Anſel. lib. 6. c. 118.* e *Et in conc. ipſo, c. 16.* f *Pann. l. 4. c. 30.* g *Infrà, de pœn. diſt. 1. c. aliud.* h *1. Cor. 6.*

a *Cod. Theodoſ. l. 16. de Epiſcopali judicio l. 1. §. quicunq; ...* b ... *judic. c. novit. Capit. l. 6. c. 281. Anſ. l. 3. c. 108. Ivo p. 16. c. 312.* ... *inter initia.* c *al. legis.* d *al. Epiſcopum cum.* e *Capit.* ... f *al. teſtimonio.* g *Anſ.* ... *Anſ. ibid. Ivo ib. Pann. l. 5. c. 23.* h *lege cunctis perpetuò tenendam.*] *orig. ſup. ead. cap.* ... i *Anſ. l. 3. c. 95. Novell. 123. §. ſi quis contra.*

Epiſcopus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Epiſcopus ipſius adiri debuit: ſicut novella conſtitutio manifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, ac reverendiſſimis Epiſcopis, clericis, & monachis, [Imp. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto 1 prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum, aut Diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetriam habeat aliquam actionem, doceat *a* prius ſanctiſſimum Epiſcopum, cui horum unuſquiſque ſubjacet. Ille verò cauſam inter eos dijudicet. Et ſi quidem utraque pars his, quæ judicata ſunt, non acquieverit 2, jubemus per loci judicem hæc *b* executioni perfectè mandari, &c.] Ne *c* verò objiciatur, quia de clerico hoc loquitur non de Presbytero, ſciendum eſt, quia ſuperiùs in eadem conſtitutione lib. cod. 1. *d* legitur appellatione clericorum etiam Presbyteros & Diaconos contineri. Verba autem legis iſta ſunt: [Presbyteros autem & Diaconos, & Subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus; & reliqua.]

1 ¶ Præfecto prætorio ] *Græcè eſt,* μαγίστρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων. *id eſt,* magiſtro divinorum noſtrorum officiorum.

2 ¶ Non acquieverit ] *In Authentica de ſanctiſſ. Epiſcopis & apud Iulianum abeſt negatio.*

C. XXXIX. ¶ *Clericus clericum ad publica judicia non pertrahat.*

Item Gregorius *lib. 9. epiſt. 32. Romano defenſori Siciliæ.*

PErvenit ad nos, quòd ſi quis contra clericos quoslibet cauſam habeat, deſpectis eorum Epiſcopis, eoſdem clericos in tuo facias judicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valdè conſtat eſſe incongruum, hac tibi auctoritate præcipimus, ut denuò hoc facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat, aut certè ab eo judices deputentur; aut ſi fortè ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos *e* judices ab ipſo executio deputata compellat. Si quis verò clericus vel laicus contra Epiſcopum cauſam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipſe cognoſcas, aut certè te admonente ſibi judices eligant. Nam ſi ſua unicuiq; Epiſcopo juriſdictio non ſervetur, quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur?

C. XL. ¶ *A laicis judicibus clerici non ſunt opprimendi.*

Idem Ianuario *Epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26.*

FRatris & Coepiſcopi noſtri Felicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognovimus, quòd in inſula Sardinia ſacerdotes à laicis judicibus opprimantur, & fraternitatem tuam miniſtri ſui deſpiciant: dumque ſolùm ſimplicitas à vobis ſtudetur, quantum videmus, diſciplina negligitur.

C. XLI. ¶ *Sacerdotes à Regibus ſunt honorandi, non judicandi.*

Idem Gregorius *Mauricio Imperatori, libr. 4. epiſt. 31. ſeu cap. 75.*

SAcerdotibus *f* autem non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur; ſed excellenti conſideratione propter eum, cujus ſervi ſunt; eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis *g* eloquiis ſacerdotes aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur. Nam & per Moyſem de eo, qui ad juramentum deducendus eſt, dicitur *h*: [Applica illum ad Deos; id eſt, ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt: [Diis non detrahes; ſcilicet ſacerdotibus. Et Propheta *a* ait: [Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt.] Quid ergo mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſe etiam appellat Deus? Eccleſiaſtica quoque hiſtoria teſtatur, quia cùm piæ memoriæ Conſtantino *b* Principi, ſcripto oblatæ accuſationes contra Epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationes accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant Epiſcopos convocans, in eorum conſpectu libellos quos acceperat, incendit, dicens: Vos Dii eſtis, à vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite: quia dignum non eſt, ut judicemus Deos. In qua tamen ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reverentia impenſa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. Principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut prædiximus, Principes honorem impendere ſacerdotibus noverunt, qui Diis ligneis & lapideis ſerviebant? Hæc 1 ergo non tantum ſpecialiter, quantum generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniam adhuc neſcimus, quis in terribili judicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit *c*: [Nolite judicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam ſunt multa, quæ de judicio illius homines ignorant: quia fortaſſe, quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

1 ¶ Hæc ergo ] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum, epiſtola, cujus initium;* propoſueramus: *ſed in originali pro iſtis hæc leguntur,* Hæc ergo pietati Dominorum, non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. *Et multis interjectis, quæ hîc non referuntur, ſubdit.* Nam adhuc neſcimus, quis ſibi, qualis ſit; & Paulus egregius prædicator, &c. *præſtatq; omninò integrum illum locum legere, Apoſtolicæ libertatis plenum.*

C. XLII. ¶ *Qua pœna feriatur clericus, clericum ad ſæcularia judicia pertrahens.*

*Item* ex concilio Milevitano.

INolita *d* præſumptio uſque adeò illicitis auſibus aditum patefecit, ut clerici conclericos ſuos, relicto Pontifice ſuo, ad judicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus hoc de cætero non præſumi. Si quis hoc præſumpſerit facere, conventus 1 & cauſam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

¶ *In concilio Milevitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipſo tamen citatur etiam ab Innocentio III. in c. ſi diligenti. extra, de foro compet. Habetur autem in Toletano 3. c. 13.*

1 ¶ Conventus ] *Dictio iſta in nullo concilii exemplari, aut impreſſo, aut manuſcripto eſt inventa.*

C. XLIII. ¶ *Clericus apud civilem judicem judicari non debet.*

*Item* ex concilio Carthaginenſi III. *c. 9.*

2. PLacuit *e*, ut quiſquis Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, ſeu clericorum, cùm in eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſa fuerit commota; ſi derelicto eccleſiaſtico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili verò perdat, quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit: ſiquidem 1 ad eligendos judices iniquè de eccleſiæ conſortio judicat, qui de univerſa eccleſia malè ſentiendo, de judicio ſæculari poſcit auxilium:

a Adeat] orig. b al. hoc. c In eadem Novell. §. Presbyteros: apud Iulianum, c. 30. c. d al. L. 1. c. id eſt, ca. 31. novella: Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis. Presbyteros. e eligendum judicem.] orig. f Nicolaus epiſt. 7. ad Michaelem Imper. c. 35. g Exod. 22. h ibidem.

a Malach. 2. b Sup. ead. c. continua. §. item Conſtantinus. B. Auguſtin. epiſt. 66. c 1. Corinth. 4. d In Tolet. 3. c. 13. Et in concil. apud Palatium Vermis habito, c. 18. e Ivo part. 6. cap. 362. §. item placuit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cùm privatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus *a* etiam ad eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

1 ¶ Siquidem ] *In cæteris conciliorum editionibus, & uno Vaticano codice legitur*, ſiquidem ad eligendos judices ſibi de eccleſiæ conſortio dubitat, velleque eccleſiæ conſortium judicat, qui de univerſa, &c. *In recentiore autem quatuor tomorum editione hoc modo*, cui enim ad eligendos judices undique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio judicat, qui de univerſa, &c. *eodemque ferè modo eſt in codice Lucenſi Regio, & refertur in concilio apud Palatium Vermis habito, c. 18.*

C. XLIV. ¶ *Clericus non accuſetur, niſi ante eccleſiaſticum judicem.*

*Item ex* eodem.

DE *b* diverſis ordinibus eccleſiæ ſervientibus, ſi quis in cauſam criminis incurrerit, & abnuerit judicium eccleſiaſticum, debet periclitari.

¶ *Eſt ſumma capituli præcedentis, & in conciliis olim Coloniæ ac Lutetiæ impreſſis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omninò eſt loco ſummæ, nec multò aliter apud Ivonem part. 6. cap. 262.*

C. XLV. ¶ *Qui cum clerico litigium habet, Epiſcopum ipſius adeat.*

*Item* conſtitutione 74. *c. 1.*

2. SI *c* quis cum clerico litigium habuerit, ſiquidem de cauſa pecuniaria, adeat prius Epiſcopum, cujus judicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille enim ſine damno, & ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit 1 Epiſcopus litem dirimere, tunc ad civilem judicem diſceptatio cauſæ perveniat. Vbi autem Epiſcopus cauſam dirimere vult, ſine ſcriptura omnia procedant, & diffinitiva ſententia ſine ſcriptis ab eo proferatur 2. ¶ Quòd ſi de criminali 3 cauſa litigium emerſerit, tunc competentes judices in hac civitate, vel in provinciis interpellati, conſentaneum legibus terminum cauſæ imponant: ita tamen, ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat, à litis conteſtatione numerandum 4. *Item.* ¶ In criminalibus verò cauſis nunquam ſine ſcriptura procedere debet. Non aliter autem puniatur clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus fuerit ab Epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sin autem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecundùm canones ab Epiſcopo ſuo cauſæ examinatio & pœna procedat, nullam communionem aliis judicibus in hujuſmodi cauſis habentibus.

1 ¶ Noluerit ] *Ita etiam apud Iulianum, & Ivonem, & ſic legit auctor gloſſæ: ſed in novella ipſa Iuſtiniani additur*, vel non potuerit.

2 ¶ Proferatur ] *In novella ipſa ſequuntur hæc*, niſi fortè partes voluerint, ut in ſcriptis ea inferatur. Quòd ſi, &c. *Apud Ivonem loco dictionis*, proferatur, *eſt*, inferatur, *quod ſuſpicionem facit, intermedia ſcriptoris vitio deeſſe.*

3 ¶ De criminali ] *In novella Iuſtiniani additur*, civili tamen.

4 ¶ Numerandum ] *Quæ ſequuntur uſque ad verſicul.* Non aliter, *neque in novella, neque apud Iulianum, aut Ivonem, neque in vetuſtis Gratiani codicibus habentur: ſed ob doctorum citationes non ſunt expuncta.*

C. XLVI. ¶ *Clericus adverſus clericum negotium habens, ſæcularia judicia non exerceat.*

*Item* ex concilio Chalcedonenſi, *c. 9.*

SI *d* clericus adverſus clericum habeat negotium, non relinquat ſuum Epiſcopum, & ad ſæcularia judicia non concurrat: ſed prius negotium agitetur apud proprium Epiſcopum: vel certè 1 ſi fuerit negotium

a 1. Cor. 6. b *Ivo ibid. initio capitis.* c *Novella 83. apud Iulianum. Ivo p. 6. c. 427. & part. 16. c. 150.* d *ext. de foro comp. ca. Polyc. l. 4. tit. 31. Burch. l. 2. c. 183. Ivo part. 6. c. 228.*



*a* ipſius Epiſcopi, apud arbitros ex utraque parte ele[...] audiatur negotium. ¶ Si quis verò contra hæc fecer[...] canonum ſubjaceat correptionibus. ¶ Et ſi clericus a[d]verſus ſuum, vel alium Epiſcopum habeat cauſam, apud audientiam ſynodi provinciæ ejus conquiratur. ¶ [...] verò contra ipſius provinciæ metropolitanum Epiſco[...]pum Epiſcopus ſive clericus habeat controverſiam, pe[...]gat ad ipſius diœceſis Primatem, aut certè ad Conſta[nti]nopolitanæ regiæ civitatis ſedem, ut eorum ibi neg[oti]um exquiratur *b*.

1 ¶ Vel certè ſi fuerit ] *Græcè eſt*, ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται, τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. *id eſt*, vel certè ex ipſius Epi[ſcopi] ſententia, apud eos, quos utraque pars voluerit, [...] ad judicium pertinent, agitentur. *Nec longè alit[er] Dionyſius, cujus verſionem attulerunt Burchardus, & Iv[...] nocentius, extra de foro comp. c. 1. ſententia verò, quæ [...] priſca verſione elicitur, habetur paulò poſt in verſic.* Et ſi cle[ricus] adverſus ſuum. *Quare non benè hic inculcatur, ſed [...] non eſt mutatum.*

C. XLVII. PALEA.

*Item* ex concilio Agathenſi, *cap. 32.*

3. CLericum *e* nullus præſumat apud ſæcularem [judi]cem Epiſcopo non permittente pulſare. Sed [...] ſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec [...] criminale negotium in judicio ſæculari propon[...]

¶ *Abeſt à pleriſq; vetuſtis exemplaribus, & fruſtra [...]tur, quod planè idem habetur, ſup. ead. c.* clericum nullu[s]. *[...]nis autem varietate ibi notatum eſt.*

*Ex his omnibus datur intelligi, quòd clericus ad publ[...] nec in civili, nec in criminali cauſa eſt producendus, niſi [...]lem cauſam Epiſcopus decidere noluerit, vel in crimina[...]ris cingulo eum nudaverit.* ¶ *Illud* d *autem quod [...] Clementis dictum eſt,* [*Non cognitorem ſæcularium neg[otiorum] vult Deus eſſe,*] *ex Epiſcopali unctione intelligendum [...] enim in Epiſcopum ungitur, ut cognitor ſæcularium neg[otiorum] ſideat, ſed ut procurator animarum, & diſtributor ſpiri[tualium] ſtat. Prohibetur ergo ſæcularibus negotiis occupari, [...] ſequeſter fieri. Vel ſæcularia judicia, non de rebus ſæcu[laribus, ſed] ſæcularium virorum intelligenda ſunt. Iudicia de rebus ſæ[cularibus] ſæcularia appellantur, juxta illud Apoſtoli* e [*Sæcu[laria] judicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, [...] Iudicia verò ſæcularium, ſæcularia appellantur, juxta illud in epiſtola Clementis: quod ex ſubſequentibus datur [...] dicitur* f [*Hæc opera, quæ tibi minus congruere dix[...]beant ſibi invicem vacantes laici.*] *Prohibentur ergo [...]gnitione negotiorum ſæcularium virorum, non ſæcularium [...] Negotia quippe clericorum, ſive criminalia, ſive civilia [...] niſi apud eccleſiaſticum judicem ventilanda ſunt.*

C. XLVIII. ¶ *Non niſi in foro ſuo audia[tur] clericus.*

*Unde* Hadrianus Papa, *c. 35.*

CLericus *g*, ſive laicus, ſi crimine, aut [...]tus fuerit, non alibi, quàm in foro ſuo p[...] audiatur.

C. XLIX. ¶ *De eodem.*

Idem *ibid. c. 40.*

IN *h* clericorum cauſa hujuſmodi forma [...] quenquam eorum ſententia à non ſuo jud[ice] conſtringat.

*Res verò in litigio poſita, ante legitimam cognitionem [...] nullam debet omninò transferri perſonam.*

a *al. judicium.* b *al. terminetur.* c *ſup. ead.* [...] *nullus. Ivo part. 6. c. 367.* d *ſup. ead. te quidem.* [...] f *ſup. ead. te quidem.* g *In ca. Hadriani, c. 35.* [...] h *Anſ. ibid. Deuſdedit p. 3.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. L. ¶ *In nullam transferatur perſonam res in litigio poſita ante cognitionis eventum.*

*Vnde* Gelaſius Papa *Quingeſio* 1 *Epiſcopo.*

QVia res in litigio poſita in nullam transferri poteſt omninò perſonam, donec legitimæ cognitionis eventu, cui potius debeatur, judiciaria diſceptatione poſſit agnoſci, ex eadem re quiſpiam non ſinatur exigere penſiones: ſed in eodem ſtatu re eadem poſita, in quo videtur (ſicut dictum eſt) ante conſtituta *a*, quiſquis ſibi putet quidpiam poſſe competere, juridico pulſet examine præjudiciis omnibus inde ſubmotis.

1 ¶ Quingeſio ] *In antiquis exemplaribus partim eſt iſta vox, partim* Lucio, *partim L. partim* quinquageſimo.

## QVÆSTIO II.

QVod b *verò culpa illa ſuſpenſione digna ſit, ex capitulo illo Milevitani concilii liquidò conſtat. Si enim communione privandus eſt, qui clericum ad civilem judicem crediderit pertrahendum, multò magis ſuſpenſione dignus eſt, qui ſui Epiſcopi judicium interpellantem, ad judicium ſæculare pertrahere non dubitavit.*

## QVÆSTIO III.

1 SEd ponatur, *quod hæc culpa ſuſpenſione digna non fuerit, quæritur, utrum ſit deponendus, qui officium contra prohibitionem Epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed quòd ſententia Epiſcopi, ſive juſta, ſive injuſta fuerit, timenda ſit,* Gregorius *homil. 26. in Evangelia teſtatur, dicens.*

C. I. ¶ *Timenda eſt ſententia paſtoris.*

SEntentia paſtoris, ſive juſta, ſive injuſta fuerit, timenda eſt.

*Ipſa prorſus B. Gregorii verba leguntur* §. *ead. c. non ſolùm. verſ. utrum juſtè.*

C. II. ¶ *A ſuo Epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus.*

*Item* concilio Antiocheno c, *c. 6.*

SI *d* quis à proprio Epiſcopo excommunicatus eſt, non eum priùs ab aliis debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus Epiſcopo, aut concilio facto, Epiſcopis 1 occurrat & reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit; quòd *e* ſtatuerit ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & Presbyteros, & Diaconos, & omnes, qui in clero ſunt, convenit obſervari.

1 ¶ Epiſcopis ] *Apud auctores indicatos prior tantùm pars hujus canonis refertur, & ex verſione Dionyſii, quæ etiam in toto hoc loco longè melior eſt;* aut certè *(inquit)* ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens per ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græcè enim eſt,* πείσοις τι τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν.

C. III. ¶ *Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat.*

*Item* Nicolaus Papa *ad Lotharium Regem in epiſtola, cujus initium* [*Audito.*]

PRæcipuè *f* Gualdradæ pellicis tuæ, & jamdudum à te repudiatæ communionem declina: excommunicata eſt enim, & uſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem cavendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro unius mulierculæ paſſione vinctus & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quàm cæteri puniuntur, ut ait beatus Gregorius [ Scire enim prælati debent, quia ſi perverſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla transmittunt. Vnde neceſſe eſt, ut tantò ſe cautius à culpa cuſtodiant, quantò per prava, quæ faciunt, non ſoli moriuntur. & §.

¶ Cæterùm præcave, ne quando nobis ſecundùm Domini præceptum duos, aut tres teſtes adhibeamus, imò verò, ne hoc ſanctæ eccleſiæ dicamus, & (quod non optamus) de cætero fias cunctis ſicut *a* ethnicus & publicanus.

¶ *Sumptum eſt caput hoc ex epiſtola Nicolai, quæ incipit,* Audito revertente miſſo veſtro *& extat Romæ in monaſterio Dominicanorum: eſt autem quaſi in epitomen redactum, multis verbis omiſſis. Hujus epiſtolæ bonam partem refert Regino libr. 2. Chronicorum.*

C. IV. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Sardicenſi *b, c. 17.*

SI *c* Epiſcopus quis fortè iracundus (quod eſſe non debet) citò & aſperè commoveatur adverſus Presbyterum, ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habet poteſtatem is, qui abjectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa ejus audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut juſtè, aut injuſtè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur: ut vel probetur ſententia ejus à plurimis, vel emendetur. Tamen, priuſquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, ut communioni ſociet.

¶ *Canon hic eodem ferè modo refertur in concilio Africano, ca. 101. uſque ad verſic.* Tamen. *Sed Græcus Sardicenſis, qui eſt decimus quartus, paulò copioſior eſt, & aliquot locis diverſa etiam ſententia. Propterea viſum eſt verba Græca cum verſione nova apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν, ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως αὐτικρὺ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶ μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετ' ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ, ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

Oſius Epiſcopus dixit: Quod autem me undequaque commovet, tacere non debeo. Si quis Epiſcopus exiſtat ad iracundiam proclivis (quod quidem à tali viro longè abeſſe debet) & citò adverſus Presbyterum, vel Diaconum commotus, ex eccleſia quemlibet ejicere voluerit, providendum eſt, ne is repentè condemnetur, & communione privetur. Omnes dixerunt. Qui ejicitur, facultatem habeat confugiendi ad Epiſcopum metropolis ejuſdem provinciæ: ſin autem metropolitanus abſit, finitimum adeundi, ac rogandi, ut ipſius cauſa diligenter cognoſcatur. Minimè enim decet aures non

a *al. conſtitutam litem.* b *Sup. q. 1. inoliti.* c *Et in Aquiſgran. c. 72.* d *Burch. lib. 11. c. 37.* e *al. ſatisfecerit ſtatuimus. Ivo p. 14. c. 27. & 101. Pann. l. 9. c. 101. Deusd. p. 4. Regino Chron. li. 2. Paſtor p. 3. c. 5.* f *Anſ. l. 3. c. 66.*

a *Matth. 18.* b *Et in Afric. c. 101.* c *Polyc. l. 7. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 71. Ivo p. 14. c. 15. Pann. l. 5. c. 127.*

præbere rogantibus. Et ille vero Epiſcopus, qui jure, vel
injuria juſtum ejecit, generoſe ferre debet cauſam co-
gnoſci, ipſiusque ſententiam vel confirmari, vel corrigi.
Verùm, priuſquam diligenter ac fideliter ſingula quæq;
examinata fuerint, qui communionem non habet, ante
cauſæ cognitionem non debet ſuo ſibi jure communio-
nem vindicare.

C. V. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Carthaginenſi II. *c.8.*

II. SI *a* quis Presbyter ab Epiſcopo 1 ſuo correptus fue-
rit, debet utiq; apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut
ab ipſis ejus cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo
reconciliari. Quod niſi fecerit; ſed ſuperbia (quod ab-
ſit) inflatus, ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communio-
ne duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens,
ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum
amittat. At 2 ſi querimoniam 3 juſtam habuerit adver-
ſus Epiſcopum, inquirendum eſt *b*.

1 ¶ Epiſcopo] *In ſecundo Carthaginenſi c.8. cùm Alipius pro-
ponit, ita legitur,* Si quis forte Presbyter ab Epiſcopo ſuo
correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cùm ab univerſis
Epiſcopis canon fertur, loco Epiſcopi affertur nomen præpoſiti, & ita
in Carthaginenſi codice canonum, c. 11. legitur,* à præpoſito ſuo
correptus. *Græcè eſt,* ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ. *id eſt,* in ſua *c* vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit.
*Burchardo autem & Ivoni convenit cum Gratiano.*

2 ¶ At ſi] *In codice canonum, & Carthaginenſi Græco, & a-
pud collectores nihil hic eſt interjectum. Verum in exemplaribus
conciliis impreſſis, & manuſcriptis ante iſtam clauſulam, hæc inſe-
runtur.* Nihilominus, & de civitate, & de congregatio-
ne, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes,
vel ſimpliciter viventes ſerpentina fraude decipiat: quo-
niam ſecundùm Apoſtolum *d* eccleſia una eſt, una fides,
unum baptiſma. Et ſi querimoniam, &c.

3 ¶ At ſi querimoniam] *Locus hic ita habet apud Bur-
chardum & Ivonem.* Si querimoniam juſtam adverſus Epi-
ſcopum non habuerit inquirendum erit. *Græcè eſt,* σκοπεῖσθαι, μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν. *id eſt,* hoc conſiderato, nunquid adverſus Epiſcopum juſtam
habeat expoſtulationem.

C. VI. ¶ *De his qui damnati à ſynodo ſacra mini-
ſteria contingunt.*

*Item* ex concilio Antiocheno *e, c. 4.*

III. SI quis Epiſcopus damnatus 1 à ſynodo, vel Pres-
byter, aut Diaconus à ſuo Epiſcopo auſi fuerint
aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſive Epiſcopus
juxta præcedentem conſuetudinem, ſive Presbyter, aut
Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia ſynodo, re-
ſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed &
communicantes ei omnes abjici de eccleſia oportet *f*,
& maximè, ſi poſtquam didicerint adverſum memora-
tos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare
tentaverint.

1 ¶ Damnatus] *Græcè eſt,* καθαιρεθείς. *id eſt,* depoſitus.

C. VII. ¶ *Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommu-
nicatus communicare præſumit.*

*Item* ex concilio Martini Papæ *g, c.37.*

IV. SI quis Epiſcopus in concilio excommunicatus
fuerit, ſive Presbyter, aut Diaconus à ſuo Epiſco-
po, & poſt excommunicationem præſumpſerit, ſive E-
piſcopus ille, aut Presbyter, aut Diaconus facere obla-
tionem, vel matutinum, aut veſpertinum ſacrificium,

a *Burchard. lib.2. c.194. Ivo p.6. c.239. Anſ. l.12. cap.33. Polyc. lib.7. tit.1.* b *al. erit.* c *al. in ſua converſatione condemnatus.* d *Epheſ.4.* e *Et Aquiſgr. c.47. extra, de cler. exc. depo. c. 1. & 2. Nic. Papa epiſt.8. Polyc. ibid. Burch. l.1. cap.199. Ivo part.5. cap.362. Anſ. l.12. c.6.* f *abeſt à multis.* g *In capitulis Martini Bracarenſis.*



quaſi in officio ſuo agere, ſicut prius non liceat ei nec in
alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec ultra re-
colligi *a*: ſed etiam eos, qui ei communicaverint, omnes
ab eccleſia reſpui, maximè eos, qui ſciebant, cum eſſe de-
jectum. Si autem permanſerit turbans, & concitans ec-
cleſiam per forinſecam 1 poteſtatem, oportet eum ſicut
ſeditionarium ab omni plebe expelli.

1 ¶ Forinſecam] *In aliquot Gratiani & concilii codicibus
eſt,* foraſticam. *In canone quinto concilii Antiocheni, unde hic
ſumptum eſt legitur,* διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας: *quæ Dionyſius
vertit,* per poteſtates exteras.

C. VIII. ¶ *De Epiſcopis, qui innocentes, aut mi-
nimis cauſis culpabiles excom-
municant.*

*Item* ex concilio Agathenſi *b, c.3.*

EPiſcopi *c*, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita,
nocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommuni-
care præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis [illegible]
nantes fortaſſe recipere noluerint, à vicinis Epiſcopis
juſdem *d* provinciæ literis moneantur: & ſi pa[illegible]
noluerint, communio illis uſque ad tempus ſynodi [illegible]
liquis Epiſcopis denegetur 2: ne fortè propter ex[com-]
municationis *f* peccatum excummunicati longo [tem-]
pore præveniantur.

1 ¶ Baptiſmatis] *Sic etiam in manuſcriptis & ...
vocem agnoſcunt. Verùm ab omnibus editionibus concilior[um]
duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathenſi, ...
Vormacienſi, c.14. (ubi caput hoc repetitur) & à Burchardo ...
ne abeſt ea dictio. Et cùm hic de excommunicatis agatur, ...
eſſe locus eis tantùm, qui ſunt baptizati, & ad gratiam, ...
conciliationem cum ſuo Epiſcopo feſtinant.*

2 ¶ Denegetur] *Sic habet Ivo, & Pannormia, & ...
res conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria ...
huic ſimile, quod legitur, ſup. 6. q.2. c. fin. ſed in recentio[ribus edi-]
tionibus eſt,* non denegetur.

C. IX. ¶ *De his qui tempore ſuæ excommunica-
tionis communicare præſumunt.*

*Item* ex concilio Africano.

PLacuit *g* univerſo concilio, ut qui excommunicatus
fuerit pro ſuo neglectu, ſive Epiſcopus, ſive ...
clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ...
entiam communicare *h* præſumpſerit, ipſe in ...
tionis judicetur ſententiam protuliſſe.

¶ *In concilio, quod hodie inſcribitur Africanum, ...
habetur: ſed in Carthaginenſi inſerto in codice canonum, ...
c.29. & refertur in quinta ſynodo, ſeſſione 7. in epiſt. Vigilii ...*

C. X. ¶ *Deponantur Epiſcopi, qui excommunica-
tis communicant.*

TEugaldum *k* Treverenſem, & Primatem ...
cæ provinciæ, & Guntharium Agrippinæ ...
Archiepiſcopos, coram nobis; & ſancta ſynodo ...
ſtorum *l* inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii re-
gis, & duarum mulierum ejus, Theibergæ ...
Gualdradæ, recognoverint, & judicaverint, ...
ſuper hoc propriis manibus roboratum oſtenderint, ...
hil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe, ore propri...
tis coram poſitis affirmantes, & ſententiam ...
ſede Apoſtolica in Engeltrudem uxorem Boſonis ...
ctiſſimus frater noſter Mediolanenſis Archiepiſcopus, ...
Thado, & cæteri Coepiſcopi noſtri petiverant ...

a *al. reconciliari.* b *Et in Vormac. c.14.* c ... *cap.11. Ivo p.14. cap. 16. & 81. Pann. l.5. c.12.* d ... e *al. parcere.* f *al. excommunicatum.*] ... *paulò aliter apud. Burch. & Ivonem, c.11.* g *Burch.* ... *Ivo p.5. c.314. Anſ. l.12. c.27. Polyc. l.7. tit.1.* h ... k *al. Thietgaudum* ... *nem.* i *In ſynodo Romana, c.2.* l *al. ſuggeſtorum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam, & nos divino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonicè protuleramus, publicè ſe viva *a* voce violaſſe confitentes: in quibus omnibus invenimus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe, omni judicamus ſacerdotii officio manere penitus alienos, Sancti Spiritus judicio, & B. Petri per nos auctoritate, Epiſcopatus exutos regimine conſiſtere 1 definientes. Prædictis autem depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & communicandi, ſicut laici, & loquendi ſuas utilitates, non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſollicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo jam decreviſſe conſtat.

¶ *Caput hoc Ivo citat ex Nicolao Epiſcopis & Archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atq; per univerſas provincias conſtitutis. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quid in concilio à ſe Romæ habito, de Metenſi ſynodo penitus abolenda, & depoſitione Thietgandi, & Guntharii ſtatutum fuerit. De quo quidem concilio, & horum Epiſcoporum depoſitione, Regino lib. 2. Chronicorum accuratè hæc ſcribit.* Interea Thietgandus, & Guntharius Archiepiſcopi Romam profecti ſunt, ea animi intentione, ut Regem innoxium prædicto facto demonſtrarent, ac ſe cum cæteris Coepiſcopis, Eccleſiaſtica atque Apoſtolica exercuiſſe decreta: ſtultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri ſedem aliquo pravo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi unquam falli potuit. Itaque cùm in præſentiam Nicolai Papæ veniſſent, libellum obtulerunt, in quo continebantur geſta ſynodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis ſtatuta fuerant. Qui cùm à notario coram omnibus recitatus eſſet, interrogavit Pontifex, ſi hæc ſcripta verbis confirmarent? Reſponderunt inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmare mallent. Et ſic nec repulſa, nec admiſſa eorum aſſertione, juſſi ſunt ire ad hoſpitia ſua, quouſque revocarentur. Paucis interpoſitis diebus ad ſynodum, quam Papa congregaverat, ſunt accerſiti: ubi eorum damnata & anathematizata ſunt ſcripta, & ipſi omnibus adjudicantibus Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis, ſunt depoſiti, & omni eccleſiaſtica dignitate privati.

1 ¶ Conſiſtere] *In ſecundo capite concilii locus hic ita habet*, conſiſtere: Diffinientes, quòd ſi juxta præcedentem conſuetudinem tanquam Epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes eis, omnes abjici de eccleſia, & maximè, ſi poſteaquam didicerint adverſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint, *& ſunt verba ſumpta ex capite, ſi quis Epiſcopus damnatus. ſuprà eadem, ex concilio Antiocheno.*

C. XI. ¶ *Clerici & laici, qui non obediunt Epiſcopis, infames efficiuntur.*

*Item* Clemens *epiſt. 3. omnibus Coepiſcopis.*

SI autem vobis Epiſcopis non obedierint omnes Preſbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi, & reliqui clerici, omneſque principes, tam majoris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, non ſolùm infames, ſed & extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt.

C. XII. ¶ *In Chriſtum peccat, qui veritatis doctorem contriſtat.*

*Item* Petrus *in ordinatione Clementis* b.

QVicunque contriſtaverit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit.

C. XIII. ¶ *Simulata virtutum affectione* a, *obedientia Epiſcopo non denegetur.*

*Item* Ambroſius *lib. 2. de officiis, c. 24.*

V. SI quis verò non obediat Epiſcopo, extollere atque exaltare ſeſe deſiderans, quærens etiam obumbrare merita Epiſcopi ſimulata affectione *b* doctrinæ, aut humilitatis, aut miſericordiæ, is à vero devius ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, ut nihil facias commendandi tui cauſa, quo minor alius fiat: neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbum, & ſancta indigno committenda *c* non arbitreris. ¶ Neque iterum arguas *d* & impugnes eum, cujus crimen non deprehenderis.

C. XIV. ¶ *Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur.*

*Item* Anterus Papa *Epiſcopis Hiſpaniæ.*

ABſit, ut quidquam ſiniſtrum de his arbitremur *e*, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos etiam Chriſtiani ſumus: qui claves regni cœlorum habentes, ante *f* judicii diem judicant. Veteri *g* quidem lege habetur: quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio cervice ſubjecta, contemptum expiabat cruore *h*. Nunc verò inobediens ſpirituali animadverſione truncatur, & ejectus ab eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur.

C. XV. ¶ *Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus.*

*Item* Petrus *in ordinatione Clementis.*

SI inimicus eſt iſte Clemens *i* alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, ut ipſe vobis dicat, &c. *ut ſuprà in tractatu ordinandorum, ubi agitur de obedientia minorum erga majores.*

C. XVI. ¶ *Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat.*

*Item* Fabianus Epiſcopus, *epiſt. 1.*

SIcut *k* Apoſtoli ſtatuerunt dicentes: [Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis, averſando *l* regulas, ſcienter ſaltem 1 in domo ſemel locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur.]

1 ¶ Saltem] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis conſentire cum canone Apoſtolico*, εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω. *quæ Dionyſius vertit*, Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo, ſimul oraverit, iſte communione privetur.

C. XVII. ¶ *De eodem.*

*Item* Calixtus Papa *epiſt. 2. cap. 2.*

EXcommunicatos *m* quoſcunque *n* à ſacerdotibus, nullus recipiat ante utriuſque partis juſtam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet; nec Ave eis dicat: quia quicunque in his, vel aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicaverit, juxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubjacebit.

a *al. una.* b *Clemens epiſt. ad Iacobum, & Alexander epiſt. 1. & in conc. Aquiſgr. cap. 9.*

a *al. affectatione.* b *al. affectatione.* c *al. committenda arbitreris.* d *al. urgeas. Hieronymus ad Heliodorum.* e *loquar.] orig.* f *quodammodo ante.] Hieronym.* g *Deuteron. 17.* h *mucrone.] Hieronym.* i *Clemens epiſt. 1. Anſ. l. 1. c. 6. Ivo p. 14. c. 22. diſtinct. 93. ſi inimicus. Ca. apoſt. 11. Burch. l. 1. c. 35. Pann. l. 5. c. 95.* k *Poly. l. 7. tit. 1. Anſ. l. 12. c. 14.* l *al. avertendo.* m *Burch. l. 11. c. 38. Ivo par. 14. c. 23. & 102.* n *al. quoſque.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

C. XVIII. ❡ *De eodem.*

*Item* Iſidorus *in regula Monachorum, c. 18.*

CVm *a* excommunicato neque orare, neq; loqui, (niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis enim 1 cum eo aut palàm, aut abſconsè locutus fuerit, ſtatim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

❡ *Prior pars hujus capituli uſq; ad verſ.* Si quis enim. *habetur in regula ſancti Iſidori (quæ miſſa eſt ex Hiſpania) c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus, in expoſitione regulæ S. Benedicti, c. 26. excepta tamen iſta clauſula,* niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Iſidori legitur, neque apud Smaragdum. Eſt tamen apud Burchardum, & Ivonem.*

1 ¶ Si quis enim] *Hæc uſque ad finem refert Smaragdus ex quodam magiſtro monachorum, quod notabitur infrà ead. c. ſi quis frater.*

C. XIX. ❡ *De eodem.*

*Item* ex concilio Carthag. IV. *cap. 73.*

QVi *b* communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, ſi laicus 1 eſt, excommunicetur, ſi clericus, deponatur.

1 ¶ Si laicus] *Ita apud Burchardum, & Ivonem par. 14. cap. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipſo cum variis codicibus collato, & apud Ivonem eadem parte, c. 28. legitur,* ſive clericus, ſive laicus excommunicetur.

C. XX. ❡ *Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palàm, & publicè annuncientur.*

*Item* ex decreto Honorii Papæ.

CVræ *c* ſit omnibus Epiſcopis, excommunicatorum omninò *d* nomina tam Epiſcopis vicinis, quàm ſuis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco poſita præ *e* foribus eccleſiæ cunctis convenientibus inculcare: quatenus in utraque diligentia, & excommunicatis ubiq; eccleſiaſticus aditus *f* excludatur, & excuſationis cauſa omnibus auferatur.

❡ *Burchardus etiam, Anſelmus, & Ivo p. 14. c. 113. citant ex decretis Honorii: Sed idem Ivo eadem parte, c. 65. hoc ipſum tribuit Ioanni octavo in concilio apud Ravennam.*

2 pars. *Verùm hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter ſubimus, & dum reatum incurrimus, & dum ſententia notamur.*

C. XXI. ❡ *Duobus modis aliquis ſatanæ traditur.*

*Vnde* Hieronymus *in lib. Iud. homil. 2.*

AVdi *g* denique Apoſtolum dicentem de eo qui peccaverat: [Tradidi *h*, inquit, hujuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat.] Vides ergo, quia non ſolùm per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, ſed & per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolùm ſolvendi, ſed etiam ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cùm pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et ut mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem diaboli. Vno modo quo ſuperius diximus, cùm delictum ejus manifeſtum ſit eccleſiæ, & per ſacerdotes de eccleſia pellitur, ut notatus ab omnibus erubeſcat, & converſo conveniat illi illud, quod ſequitur, [ut *i* ſpiritus ſalvus fiat in die Domini noſtri IESV Chriſti.] Alio autem modo quis traditur diabolo, cùm peccatum ejus manifeſtum non ſit hominibus: Deus autem qui videt in occulto, perſpiciens ejus mentem & animam, vitiis ac paſſionibus ſervientem, & in corde ejus non *a* ſe diligi, ſed aut avaritiam, aut libidinem, aut jactantiam, aut alia hujuſmodi: iſtum talem ipſe Dominus tradit ſatanæ. Quomodo eum tradit ſatanæ? Diſcedit à mente ejus, & avertit ſe, & refugit à cogitationibus ejus malis, & deſideriis indignis, & relinquit domum cordis ejus vacuam.

❡ *In hoc & ſequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipſe has Origenis homilias latinas fecit, ſicut etiam ſuprà, diſt. 36. c. ſi quis. eſt adnotatum.*

*Cùm ergo per ſententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus. Cùm autem ſolo reatu, occultè excommunicationis contraxerit pœnam, non eſt ab ejus communione ceſſandum. Vnde Dominus* b *in Evangelio tunc demum peccatorem dixit habendum ſicut ethnicum & publicanum, cùm eccleſiam audire contempſerit. Apoſtolus* c *quoq; non ait, ſi quis frater eſt fornicator: ſed [ſi quis frater nominatur fornicator, &c.] ſententiæ nominationem intelligens. Hinc etiam Vrbanus Papa II. Gaumundo Epiſcopo. [Sanè quod ſuper Ricardo,] Require in cauſa 1. Quidam Epiſcopus in hæreſim lapſus. [Hinc etiam Chriſtus in Evangelio zizania dixit eſſe toleranda uſq; ad meſſem.]*

C. XXII. ❡ *Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.*

*Hinc etiam* Hieronymus.

NOlite *e* recedere à Domino in hodierno *f* die:] hoc eſt, donec ſeculum ſtat: oſtendat ergo mihi quomodo Hiebuſæus, donec ſæculum ſtat, habitet cum filiis Iuda in Hieruſalem: quippe cùm ne ipſi quidem filii Iuda habitent in Hieruſalem. Ideò ergo nec iſtud verum eſſe poterit, quod Hiebuſæi cum Iudæis habitent in Hieruſalem, quandoquidem ne ipſi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc ſpiritaliter, aſſumentes Evangelii parabolã, quæ dicit de *g* zizaniis [Sinite utraque creſcere: ne fortè cùm vultis eradicare zizania, eradicetis ſimul cum ipſis etiam triticum.] *& infrà.* ¶ Audi ergo ſcripturam *h* dicentem, quia non potuerunt filii Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitaverunt cum ipſis uſq; in hodiernum diem in Hieruſalem. Vnde deprecor vos, qui fideles eſtis, ut ita vitam veſtram, & converſationem ſervetis, ne in aliquo vel ipſi ſcandalũ patiamini, vel aliis ſcandalum faciatis: ſed ſit vobis ſummi ſtudii, ſummæq; cautelæ ne quis in hanc ſanctam congregationem veſtram pollutus introeat: ne quis Hiebuſæus habitet vobiſcum. Vides ergo quia dicit ſcriptura, quòd non potuerunt ejicere filii Iuda Hiebuſæos de Hieruſalem. Hiebuſæus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia nõ poſſumus ejicere illos, qui nos cõculcant, eos ſaltem quos poſſumus, quorum peccata manifeſta ſunt, ejiciamus. Vbi enim peccatum non eſt evidens, ejicere de eccleſia neminem poſſumus: ne fortè eradicantes zizania, eradicemus ſimul cum ipſis etiam triticum. Movet me tamen quod dixit, quia non potuerunt ejicere Hiebuſæos, id eſt, eos, qui interpretantur conculcatio: & ideò videamus qui ſunt in eccleſia conculcantes. Illi ſine dubio, de quibus dicit Dominus in Evangeliis *i*. [Nolite mittere ſanctum canibus, neque margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & converſi elidant vos.] Ille eſt ergo Hiebuſæus conculcatio: qui indigni *k* audiunt verbum Dei; & cùm audierunt, neque ut infideles diſcedunt, neque permanent, ut fideles: ſed percepta myſteriorum notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, converſi poſtmodum impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra diſrumpunt, conculcantes verbis

a *Pann. l. 5. c. 94. Can. Apoſt. 11. Poly. ibid. Bur. l. 11. cap. 31. & 32. Anſ. l. 12. c. 16. Ivo p. 14. c. 65. & 96.* b *Poly. ibid. Anſ. l. 12. ca. 18. Burc. l. 11. c. 44. Ivo p. 14. c. 28. & 108. Pann. l. 5. c. 99.* c *Poly. ibid. Anſ. l. 12. c. 32. Bur. l. 11. c. 49. Ivo p. 14. c. 65. & 113.* d *al. omnium.* e *al. pro.* f *al. auditus.* g *Origenes homil. 2. ad c. 2. Indicum.* h *1. Cor. 5.* i *Ibidem.*

a *non ſolùm amorem ſæculi, ſed.] orig.* b *Matth. 18.* c *1. Corinth. 5. Vide inf. ead. c. Ad menſam.] in antiquis.* d *24. q. 2. ſanè quod.* e *Malac. 3. Origenes hom. 21. ad cap. 15. Ioſue.* f *al. uſq; in hodiernum diem.* g *Matt. 13.* h *Ioſ. 15.* i *Matth. 7.* k *al. indignè.*





UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De illis ergo dicitur, quia non potuerunt filii Iuda ejicere Iebuſæum de Hieruſalem uſque in hodiernum diem.

C. XXIII. ¶ *Porcis & canibus ſancta non ſunt committenda.*

Item idem *ſuper duodecim* a *Prophetas.*

QVando ergo vir eccleſiaſticus, & prudens atque intelligens, multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, eſſe cognoverit, & non ſolùm multas, ſed & formas, & quæ opprimere poſſint juſtitiam, & in tantum dominum tabem proceſſiſſe, ut accipiant pretium in judicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deſiciant in portis, & audire contemnant, taceat in illo tempore, ne det *b* ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui converſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam *c* dicentem [Solus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in Pſal. *d* [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.]

C. XXIV. ¶ *Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, *cap. 11. epiſt. ad Hebræos.*

AD menſam quippe paganorum ſi volueris ire, ſine ulla prohibitione permittimus. *& infrà.* ¶ [Si *e* enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachum tantùm. Quid autẽ eſt quod facit fraternitatẽ, niſi lavacrum regenerationis, quod facit poſſe vocari Deum Patrem? *& infrà.* ¶ [Si quis, inquit, nominatus 1 fuerit frater fornicator, aut avarus, aut ebrioſus, cum hujuſmodi nec cibum ſumere.] Cùm autem de paganis ageret, non ita, ſed [Si quis vos vocaverit ex infidelibus, (paganos ſignificans) & vultis ire, omne quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas *f*. Nos autem non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis.

1 ¶ Nominatus] *Gratianus putavit Chryſoſtomum eo modo accepiſſe iſtam vocem, quo ferè interpretatus eſt Auguſtinus, ſupra q. 1. multis. Locus integer Græcè ſic habet.*

Καὶ γὰρ τὸν Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τραπέζας, εἰ βούλεσθε, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα. ἐὰν γὰρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι, ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὸν ἀδελφὸν; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δύνασθαι καλεῖν πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος, ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ᾖ πόρνος ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἀλλ', οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως, ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτούς, μετέχοντες τῶν παρ' g αὐτῶν. *id eſt,* Et neque Paulum veritus es; ad menſam quidem Græcorum ſi volueritis ire non prohibentem: ad menſam autem avarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem. [Nam ſi *h* quis, inquit, qui frater nominatur inter vos] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem ſimpliciter, non monachum tantùm. Quid autem eſt, quod facit fraternitatem? lavacrum regenerationis, id quod poſſumus Deum vocare Patrem. Proinde, qui catechumenus eſt, etiamſi monachus ſit, non eſt frater: qui verò fidelis eſt, etiamſi ſæcularis ſit, frater eſt. [Si quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim veſtigium tunc monachi erat: ſed omnia ad ſæculares loquebatur tunc B. Paulus. [Si *a* quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut avarus, aut ebrioſus, cum hujuſmodi nec cibum ſumere.] Cùm autem de Græcis ageret non ita, ſed [Si quis vocat vos infidelium] Græcos ſignificans [& vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate] Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus.] Papæ quanta diligentia. Nos autem non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, unà ſumpturi quæ ab ipſis.

*Evidenter itaq; eis præmiſſis apparet, quod eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt. Sed ipſius ſententiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ Aliquando enim arcetur quis à liminibus eccleſiæ, & a communione corporis & ſanguinis Chriſti, vel teſte conſcientia, juxta illud Apoſtoli* b, *[Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat & bibit, judicium ſibi manducat & bibit.] Item illud Proſperi [facilius ſibi Deum placabant, &c.] require infrà cauſa xxxiii. Maleficiis impeditus. quæſt. 1. de pœnitentia. Vel ſententia eccleſiaſtica: ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia excommunicatio vocatur: quia à communione corporis & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & Adam ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, Domino dicente* c: *[Videte, ne fortè ſumatis de ligno vitæ.] Quâ ſententiâ non ſeparatur quis à conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: qua quiſq; ſeparatur à conſortio fidelium, de qua ſuprà [Cum excommunicatis nolite communicare.] ¶ Hanc diſtinctionem licet cuiq; advertere ex auctoritate Ioannis Papæ. [Engeltrudem uxorem Boſonis, &c.] require ſuprà* d *in cauſa [Quidam Epiſcopus à propria ſede dejectus.] Item ex auctoritate ejuſdem [Si quis domum Dei violaverit, &c.] require infrà in cauſa xvii. [Quidam Presbyter infirmitate gravatus.] ¶ Item ex auctoritate Sylveſtri Papæ [Præſenti decreto cenſemus, &c.] require ſuprà in cauſa [In infamia cujuſdam Epiſcopi.] Iuxta igitur hanc diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Innocentii Papæ II. [Si quis ſuadente diabolo, &c.] ut infrà in cauſa [Quidam Presbyter.] ut juxta etymologiam vocabuli, anathemati, id eſt, ſeparationi ſubjaceat, qui in edictum illud inciderit, qui à corpore & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu eccleſiæ ſe alienum facit: qui impias manus in clericum injicere auſus fuerit: qui etiam à nullo Epiſcoporum abſolvi, id eſt, more pœnitentium recõciliari poterit, niſi primùm Apoſtolico conſpectui ſe repræſentare curaverit. ¶ * Illud autem Petri de Clemente [Si inimicus eſt iſte Clemens, &c.] de ſententia notatis intelligendum eſt, ſicut & illud Urbani, Quibus Epiſcopi non communicant, &c. [ut infrà in eadem cauſa. Cæterùm falſum eſſet illud Vaſenſis* e *concilii ſecundi] Si tantùm Epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium novit. Item, & illud [Placuit, ut ſi quando Epiſcopus, &c.] require ſuprà in cauſa [Duo fornicatores, & infamia notati.]*

C. XXV. ¶ *Communicare non licet iis, qui excommunicatis communicant.*

Item Gregorius *clero, & populo Salonitano* 1.

1 ¶ Salonitano] *In regeſto B. Gregorii lib. 5. c. 1. 48. leguntur hæc verba in epiſt. 48. ſcripta clero, nobilibus, ac populo Iaderæ conſiſtentibus, al.* Iadertino.

ROgo, hortor, & moneo, ut à prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis: ne cui-

a Hieron. in *Amos Prophetam, capit. 5. circa medium.* b Matth. 7. c Hieron. 15. d *Pſal. 49.* e *1. Corinth. 5.* f al. diligentia, ἀκρίβεια. g *in Veronenſi eſt* πρὸς. h *1. Corinth. 5.*

a *1. Cor. 10.* b *1. Cor. 11.* c *Gen. 3.* d *ſupr. ead. multis capitib. habetur ſententia. 3. q. 4. c. fin. 17. q. 4. quiſquis §. idem ſi quis domum 5. q. 2. c. 2. 17. q. 4.* * *ſupr. ead.* e *6. q. 2. c. 2.*

quam ſacerdoti, ſupraſcripto Maximo communicanti, contra animam ſuam quiſquam veſtrûm communicare præſumat.

C. XXVI. ¶ *Nullus clericorum, vel laicorum, ad domum excommunicati accedat.*

*Item* ex concilio Toletano primo, *c.15.*

VI. SI *a* quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum ejus, vel clericorum, vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus ſi abſtinetur, à clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui ejuſdem Epiſcopi ſunt, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo, qui abſtinetur, ſive laico quolibet, ſive clerico.

3 pars. *Sed hoc ſpecialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Unde Urbanus* [*Sanè quod ſuper Richardo, &c.*] *infrà* b *in cauſa.* [*Quidam Epiſcopus in hæreſim lapſus.*] *Item Nicolaus Papa in cap.* [*Excellentiſſimus Rex Carolus, &c.*] *infrà circa finem hujus cauſæ.*

C. XXVII. ¶ *Sententia paſtoris timenda eſt, licet injuſtè liget.*

*Item* Vrbanus *omnibus Epiſcopis, c.5.*

QVibus *c* Epiſcopi non communicant, non communicetis: & quos ejecerint, non recipiatis. Valde enim eſt timenda ſententia Epiſcopi, licet injuſtè liget.

C. XXVIII. ¶ *Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat.*

*Item* ex octava ſynodo.

VII. SI quis frater aut palàm, aut abſconsè cum *d* excommunicato fuerit locutus, aut junctus communione, ſtatim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neq; habetur in octava ſynodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neq; in alia, quæ & ipſa nominatur octava ſub Ioanne octavo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana ſervantur. Multa verò, quæ à Gratiano ex octava ſynodo citantur, in regulis Baſilii, Iſidori, & aliis ſcriptis ad monachos pertinentibus inventa ſunt. Hoc quidem ſuprà ead.* cum excommunicato. *fuit tributum Iſidoro, quemadmodum etiam à Burchardo, & Ivone. Sed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c.26. cùm antea egiſſet de monacho, à ſuo præpoſito excommunicato, hæc ſcribit valde ſimilia.* Hinc quidam magiſter monachorum ait: Si quis verò frater, aut palàm, aut abſconsè cum eo fuerit locutus, aut conjunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio convenit cum lectione Burchardi & Ivonis.*

C. XXIX. ¶ *De eodem.*

*Item ex* concilio Carthaginenſi II. *cap. 7.*

QVi *e* merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo Epiſcopo, aut Presbytero, vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens 1 ſui Epiſcopi regulare judicium.

1 ¶ Refugiens] *In concilio cum multis impreſſis & manuſcriptis codicibus collato legitur,* refugiens: *apud Burchardum verò, & Ivonem,* refugientibus, *quod convenit cum canone Græco, qui eſt nonus: omnia verò hæc verba,* refugientes ſui Epiſcopi regulare judicium, *in recentioribus conciliorum editionibus non ſunt hoc loco, ſed poſt verſ.* ſuſcepti. *A Sorienſi autem codice Regis catholici omninò abſunt.*

a *Ivo p.14.c.30.* b *24.qu.2.* c *Poly.l.6.tit.1. Anſ.l.6. c.145. & l.12.c.25. Burc.l.11.c.1. Ivo p.14.c.74.* d *Suprà par.14. c.96.* e *Poly.l.7.tit.1. Burch.lib.ead. cum excommunicato. Burc. l.11.c.32. Ivo 14.c.43. Ivo p.14.c.28. & 107. Pann.l.5.c.98.*



C. XXX. ¶ *Qui ſententiam Epiſcopi putat eſſe injuſtam, recurrat ad Synodum.*

*Item ex* concilio Carthagnienſi IV. *cap.66.*

CLericus, qui Epiſcopi circa ſe diſtrictionem juſtam putat, recurrat ad ſynodum.

C. XXXI. ¶ *Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda.*

*Item* Ioannes Chryſoſtomus, *homil.4. ad c.2. epiſt. ad Hebræos.*

2. NEmo *a* contemnat vincula eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

C. XXXII. ¶ *Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur.*

*Item* Auguſtinus *de verbis Apoſtoli, ſermone 91.*

OMnis *b* Chriſtianus, dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſatanæ traditur *c*: quomodo? ſcilicet, quia extra eccleſiam diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione removetur. Vnde illos, quos Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat.

¶ *Sic etiã citat Ivo p.14.c.50. ſed p.2.c.94. conjunctè cum ... tis aliis verbis videtur citare ex libris de unico baptiſmo.*

C. XXXIII. ¶ *De eodem.*

Idem *tractatu 27. ad cap. 6. Ioannis.*

NIhil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum ejus. Si non eſt membrum ejus, non vegetatur ſpiritu ejus. Quiſquis autem, ... Apoſtolus *d*, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.

*Item Hieronymus* 1: [*Quorum e remiſeritis peccata ... eſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ... nem fuerint, ipſis janua regni cœleſtis clauſa erit.*

1 ¶ Hieronymus] *Hæc non ſunt inventa apud ... mum, ſed in epiſt.1. Eutychiani, quem citat Ivo.*

C. XXXIV. ¶ *Vicini Epiſcopi audiant eos, ... de judiciis Epiſcoporum ſuorum queruntur.*

*Item ex* concilio Milevitano *f*, *cap.22.*

PResbyteri *g*, Diaconi, vel cæteri inferiores clerici in cauſis quas habuerint, ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos, quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu Epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

¶ *Huic capiti in vulgatis codicibus præpoſitum erat ... lea: ſed in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus habe... tatur autem ſupra, 2.q.6.c. placuit.*

C. XXXV. ¶ *Injuſta Epiſcoporum damnatio ... ta eſſe citatur.*

*Item ex* concilio Carthaginenſi IV. *c.59.*

IRritam *h* eſſe injuſtam *i* Epiſcoporum damnationem, & idcirco à ſynodo retractandam.

C. XXXVI. ¶ *Qui cauſa ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat.*

*Item ex* concilio Carthag. V. *k c.14.*

RVrſus conſtitutum eſt, ut quoties clericis ...

a *Ivo p.14.c.48. Pann.l.5.c.88.* b *Ivo p.2.c.94. ...* c *al. traducitur. 1. Tim. 1. Cor. 5.* d *Rom. 8.* e *...* *c.50.* f *Ex Afric. 92.* g *2.q.6. placuit. ...* *Ivo p.14.c.53.* h *3. q.6. Irritam ex Felice.* i *al. & injuſtam ...* *teri.* *in Afric. c.46. & Vormac. c.71. Poly. l.7. tit.1. Bur. l.2. c.* ... *c. 232.*

vel 1 confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

1 ¶ Vel ] *In omnibus locis indicatis legitur,* &. *Sed manuſcripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen eſt,* convicti clerici vel confeſſi. *Apud Ivonem verò legitur,* ut aliquoties clerici convicti, & confeſſi, *& vocem* aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

C. XXXVII. ¶ *Audientiam ſibi negat, qui excommunicationis cauſam agere intra annum differt.* a

*Item* Gelaſius.

QVicunque *b* intra anni ſpatium civiliter, ſive publicè cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerint, ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe videantur. Quòd ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint, nos eorum cauſam, juxta beati Leonis *c* prædeceſſoris noſtri ſententiam, divino judicio reſervantes, quibus vivis non communicavimus *d*, nec mortuis communicare debemus.

C. XXXVIII. PALEA.

QVi * verò excommunicato ſcienter communicaverit, & amodò ſaltem in domo ſimul oraverit, atque latebras *e*, quominùs ad ſatisfactionem perducatur, præbuerit, donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat, corporis & ſanguinis Domini communione privatum ſe eſſe cognoſcat.

C. XXXIX. ¶ *Tardius recipiatur ad veniam, qui ſacerdote jubente de eccleſia exire contemnit.*

*Item* ex concilio Hilerdenſi, *c. 10.*

QVi *f* jubente ſacerdote pro qualicunque culpa ab eccleſia exire contempſerit, pro noxa contumaciæ *g* tardius recipiatur ad veniam.

*Sed quæritur, ſi ante damnati abſolutionem Epiſcopum mori contigerit, utrum damnatus poſtea valeat abſolvi.*

C. XL. ¶ *A ſucceſſore ſolvatur, qui poſt mortem Epiſcopi remanet ligatus.*

*De his ita ſtatutum eſt* in concilio Epaunenſi, *cap. 28.*

II. SI *h* Epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori licebit abſolvere.

*Præmiſſis auctoritatibus, quibus injuſtæ ſententiæ uſq; ad examinationem utriuſq; partis parere jubemur, ita reſpondetur. Gregorius non dicit ſententiam injuſtè latam eſſe ſervandam, ſed timendam, ſicut & Urbanus. Timenda eſt ergo, id eſt, non ex ſuperbia contemnenda. Reliquæ verò auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire contempſerunt, vel calliditatibus adverſantium occurrere neſcientes, injuſtam ſententiam à judice reportaverunt, vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittentes, ſententiam in ſe exceperunt. Hos ſiquidem ſolos excommunicationis ſententia ferire licet.*

a *al. diſſimulat.* b *Poly. ibid. Anſ. l. 2. c. 24. Burchard. l. 11. c. 47. Ivo p. 14. c. 111. Pann. l. 5. c. 130.* c *24. quæſt. 2. c. 1.* d *al. mortuus communicare non poſſumus.* * *Poly. ibid. Anſelm. ibid. Ex ejuſdem Gelaſii decretis.* e *al. latebras defenſionis.* f *Burch. l. 11. c. 48. Ivo p. 14. cap. 112. Pann. l. 5.* g *al. contumelia.* h *Burch. l. 11. c. 50. Ivo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. c. 121.*

C. XLI. ¶ *Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione privandus.*

*Unde* in Meldenſi concilio, *cap. 56.*

II. NEmo *a* Epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa communione privet eccleſiaſtica. Sub anathemate 1 autem ſine conſcientia Archiepiſcopi, aut Coepiſcoporum, nullum præſumat ponere, niſi unde canonica docet auctoritas: quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

1 ¶ Sub anathemate ] *In concilio Meldenſi, & adjectis capitularibus Caroli filii Ludovici legitur,* Anathema autem ſine conſenſu Archiepiſcopi, aut Coepiſcoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nulli imponat. *cæteri autem collectores parum à Gratiano diſcrepant.*

C. XLII. ¶ *Pro paucis, & levibus cauſis nullus communione privetur.*

*Item* ex concilio Arvernenſi.

NVllus ſacerdotum quenquam rectæ fidei hominē pro parvis & levibus cauſis à communione ſuſpendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab eccleſia juſſerint committentes.

¶ *In concilio Arvernenſi, quod extat, non habetur, ſed in Aurelianenſi IV. c. 2. & in Vormacienſi, c. 13.*

C. XLIII. ¶ *Pro his tribus criminibus quilibet communione privetur.*

*Item* ex concilio Triburienſi.

CErtum *b* eſt pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere: cùm ad ſynodum canonicè vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis: aut ſi ante finitam cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire *c* præſumit.

4 pars. *De his, inquam, & hujuſmodi, præmiſſæ auctoritates loquuntur, non de injuſtè ſuſpenſis. Quòd autem injuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima eſt illa* Hieronymi d, *ſuper Matthæum lib. 3.*

C. XLIV. ¶ *Sententia paſtoris reum, vel innocentem non conſtituit, vel facit.*

QVomodo *e* ſacerdos mundum leproſum non facit, ſic Epiſcopus, vel Presbyter, non alligat eos, qui inſontes ſunt, nec ſolvit noxios: ſed pro officio ſuo cùm peccatorum varietates audierit, ſcit qui ligandus ſit, qui ſolvendus.

¶ *Variè hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum ſic habet:* Legimus in Levitico de leproſis, ubi jubentur, ut oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc à ſacerdote mundi fiant: non quò ſacerdotes leproſos faciant, & immundos; ſed quò habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum, vel immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſolvit Epiſcopus & Presbyter, non eos qui inſontes ſunt, vel noxii, ſed, pro officio ſuo, cùm peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſolvendus.

C. XLV. ¶ *De eodem.* PALEA.

[*Item* Auguſtinus *ſuper Matthæum.*]

RIdiculum eſt, ut eum mundum eſſe dicamus, qui vinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt, propter hoc ſolum, quòd Epiſcopus dicitur habere hujuſmodi poteſtatem, ut ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cœlo, & ligati in

a *Et in adjectis capitularibus Caroli filii Ludovici. Burchard. l. 11. c. 10. Ivo p. 14. c. 80. Pann. l. 5. c. 93.* b *al. Decretum. Poly. l. 7. tit. 1. Burch. l. 11. c. 74. Ivo p. 14. c. 122. Pann. l. 5. c. 112.* c *al. profugus abire.* d *In commen. ad c. 16.* e *Poly. l. 7. tit. 3. Anſ. l. 7. c. 130. Ivo p. 14. c. 7. Pann. l. 8. c. 86.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terris, ligati ſint in cœlo: ſit ergo irreprehenſibilis, qui alterum ligat, aut ſolvit.

C. XLVI. ¶ *Non eſt petenda ſolutio, cùm iniquè fertur ſententia.*

*Item* Gelaſius Papa *Epiſcopis orientalibus* a, *de damnatione* 1 *Dioſcori.*

CVi *b* eſt illata ſententia, deponat errorem, & vacua eſt: ſed ſi injuſta eſt, tantò eam curare non debet, quantò apud Deum & eccleſiam ejus neminem poteſt iniqua gravare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolvi deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

1 ¶ Damnatione Dioſcori] *Sic etiam in manuſcriptis. Apud Ivonem eſt,* communione Achatii vitanda.

*Et Dioſcorus quidem in Chalcedonenſi ſynodo, & à ſancto Leone primo damnatus eſt, Achatius autem à Felice tertio, & Gelaſio ipſo.*

C. XLVII. ¶ *Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur injuſtè.*

*Item* Auguſtinus *de ſummo bono* c.

SEcundùm *d* catholicam fidem, & ſanam doctrinam, & intelligentibus perſpicuam veritatem, nec naturæ Dei nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere injuſtè cuiquam, vel nocere injuſtè *e* patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apoſtolus *f*) recipiet illud quod nocuit.

C. XLVIII. ¶ *Injuſta vincula diſrumpit juſtitia.*

Idem *ſermone 16. de verbis Domini.*

COepiſti *g* habere fratrem tuum tanquam publicanum: ligas illum in terra: ſed ut juſtè alliges, vide. Nam injuſta vincula diſrumpit juſtitia. Cùm autem 1 correxeris, & concordaveris cum fratre tuo, ſolviſti illum in terra: cùm ſolveris in terra, ſolutus erit & in cœlo.

1 ¶ Cùm autem] *Emendatus & locupletatus eſt hic locus ex originali, Ivone & Pannormia.*

C. XLIX. ¶ *Temeritas judicandi non ei qui judicatur, ſed judici nocet.*

Idem *de ſermone Domini in monte, lib. 2. c. 29.*

TEmerarium *h* judicium plerunque nihil nocet ei, de quo temerè judicatur. Ei autem, qui temerè judicat, ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat.

C. L. ¶ *Non obeſt homini injuſta ſententia.*

Idem *ad clerum Hipponenſem, epiſt. 137.*

QVid *i* obeſt homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro vivorum non eum delet iniqua conſcientia?

C. LI. ¶ *De eodem.*

Item *in libro contra Secundinum Manichæum, cap. 1.*

SEnti *k* de Auguſtino quidquid libet: ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

C. LII. ¶ *Quos conſcientia juſtificat, aliorum maledicta non timeant.*

*Item* Gregorius *Conſtantino Mediolanenſi Epiſcopo, lib. 6. epiſt. 14. ſeu cap. 178.*

IN *l* cunctis, quæ in hac vita adverſa proveniunt, ſola eſt, ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum, ut nullius nos ibi lingua implicet, ubi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit, & inter accuſationes liber eſt: & liber, vel ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit *m*, conſcientia ac-

a *Sententia habetur aliqua ex parte in tomo Gelaſii de anathematis vinculo.* b *Ivo par. 14. c. 8.* c *l. 3. de natura boni, c. 39.* d *Ivo p. 14. c. 9.* e *impune.] vera lectio.* f *Coloſſ. 3.* g *Ivo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 83.* h *Ivo p. 14. c. 10.* i *Poly. l. 7. tit. 1. Ivo p. 14. c. 11.* k *Ivo p. 14. c. 12.* l *Nicolaus epiſt. 2. ad Michaelem Imper.* m *al. audit.*



cuſet. De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorum judicio, ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicunque modulo ſuſpicionis addici: quia ex ſacri eloquii teſtimonio tenemus, ut majora mala 1, cùm forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debeant, ſed probata citius ulciſci. *& infra.* ¶ Hinc igitur dixi, ut nimiæ eſſe levitatis oſtenderem, ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Unde ſanctitas veſtra debet mentem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione disjungere, & ſola quæ æternæ vitæ ſunt, atque ad utilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

1 ¶ Majora mala] *Sic emendatum eſt ex originali & Nicolao: & ſæpe in hac epiſtola repetitur,* mala gravia. *Antea legebatur,* mala majorum.

C. LIII. ¶ *Fruſtra damnatur ab homine, quem Deus juſtificat.*

*Item* Auguſtinus *in Pſal. 36. concione 3. ad verſ.* [*Nec damnabit eum.*]

ET *a* ſi ad tempus 1 damnaris ab homine, & dixit ſententiam proconſul in Cyprianum, alia eſt ... terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore ... ſententiam, à ſuperiore coronam.

1 ¶ Et ſi ad tempus] *Apud B. Auguſtinum, de ... cio agentem, ſic legitur.* Quando ergo ventum fuerit ... illud judicium, non eum damnabit: & ſi ad tempus ... tur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam, ...

C. LIV.

Idem *in Pſal. 37. ad verſ.* [*Quoniam in te ... ſperavi.*]

CVſtodi *b* intus innocentiam tuam, ubi nemo ... mit cauſam tuam: Prævalebit *c* in te falſum ... monium, ſed apud homines. Nunquid apud Deum ... lebit, ubi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus ... rit, alius teſtis quàm conſcientia tua non erit. ... ſtum judicem, & conſcientiam tuam noli timere, ... ſam tuam.

C. LV. ¶ *Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus.*

*Item* Gregorius Papa *Palladio Presbytero, lib. 8. epiſt. 45.*

INter verba laudantium, ſive vituperantium, ... tem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non ... bonum, quod de nobis *d* dicitur, magnam triſtitiam ... nerare debet: & rurſum ſi in ea non invenimus ... lum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam ... bemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi homines ... dent, & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet ... ſtitia, ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia liberos ... eſſe demonſtret? Habemus Paulum dicentem ... ria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ ... Iob *g* quoque dicit [Ecce in cœlo teſtis meus.] ... eſt nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde, diminutum ... tos foris loqui, quod volunt. Quid aliud detrahentes ... faciunt, niſi quod in pulverem ſufflant, atque in ... ſuos terram excitant? ut unde plus detrahendo ... flant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi ... etiam ſunt ipſi, & tranquillè admonendi, ... fieri modis omnibus debet: ſcientes, quid de ... ritas dicit *h* [Ne fortè ſcandalizemus eos.] ... tisfieri ſibi ex veritate noluerint, habes conſolationem, ... quam in ſancto Evangelio conſpicias. Cum enim ... no dictum fuiſſet. [Scis *i*, quia Phariſæi audito ... hoc ſcandalizati ſunt:] reſpondit *k* [Sinite illos: ... ſunt, & duces cæcorum.] Paulus quoque Apoſtolus ... monet, dicens *l*: [Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, ...

a *Ivo p. 14. c. 13.* b *Ivo p. 14. c. 14.* c *al. prævalebit* ... *in epiſtola Sixti III.* d *al. vobis.* e *al. omne.* f ... g *Ioh. 16.* h *Matth. 17.* i *Matth. 15.* k *Matth.* ... l *Rom. 12.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnibus hominibus pacem habentes.] Dicturus quippe [Cum omnibus pacem habentes,] quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit, [ſi fieri poteſt.] Sed tamen adjunxit, quòd poſſit fieri, cùm dixit [quod ex vobis eſt.] Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſervare cupimus, etſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus.

1 ¶ Quid enim] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorii, & partim etiam Sixti tertii, in qua idem ferè repetitur.*

*Hic inter eos obſervandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, nunquam imitari: apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis.*

C. LVI. ¶ *Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria.*

*Unde* Auguſtinus *lib. de bono viduit. cap. 22.*

NOn *a* ſunt audiendi, ſive viri ſancti ſive fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, ut in malam veniant ſuſpicionem, unde ſuam vitam longè abeſſe ſciunt, dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam; exiſtimationem hominum non ſolùm impudenter, verùm etiam crudeliter contemnentes, cùm occidant *b* animas aliorum, ſive blaſphemantium viam Dei (quibus ſecundùm ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſive etiam cum excuſatione imitantiũ, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famam, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.

C. LVII. *Apud Deum maledicitur, qui moribus diſſonam profert ſententiam.*

*Item* Hieronymus *ſuper* c *epiſt. Pauli ad Philemonem.*

SI *d* quis dixerit juſtum injuſtum, & injuſtum juſtum, abominabilis uterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctum dicit eſſe non ſanctum, & rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis apud Deum.

C. LVIII. ¶ *Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctum, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit.*

Idem *ibidem paulò ſuperiùs.*

IX. SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit, & Dei eum junxerit ſocietati, Chriſtum violat, cujus corporis omnes membra ſumus. *& ℣.* ¶ Omnes credentes, ſecundùm Apoſtolum *e*, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore erat, & labitur, aſſerens membrum ejus vel ſanctum eſſe, cùm non ſit, vel non ſanctum eſſe, cùm ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. [Væ (ait Eſaias *f*) qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam: amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt.

C. LIX. ¶ *Æternum væ maledictionis inveniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.*

*Item* Eſaias, *cap. 5.*

VÆ *g*, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. *& paulò ſuperius.* ¶ Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam: & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus ſiti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino: & deſcenderunt fortes ejus, & populus ejus, & ſublimes, glorioſiq; ejus ad eum: & incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur: & exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in juſtitia.

C. LX. ¶ *Ligandi, ſolvendiq; poteſtate ſe privat, qui hanc injuſtè exercet.*

*Item* Gregorius *homil. 26. in Evang.*

IPſe *a* ligandi atque ſolvendi poteſtate ſe privat, qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubjectorum moribus exercet.

C. LXI. ¶ *De eodem.*

Idem *ibidem paulò inferius.*

IVdicare *b* de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia, vel gratiam ſequuntur.

C. LXII. ¶ *Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni* c *judicis.*

Idem *ibidem paulò inferius.*

TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cùm interni *d* ſequitur arbitrium judicis. Quod benè quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat: quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitavit, & vivificavit, dicens *e*: [Lazare veni foras] & poſtmodum is, qui vivens fuerat, egreſſus, à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

C. LXIII. ¶ *Privilegio meretur exui, qui eodem abutitur.*

Idem *in regeſto.*

PRivilegium *f* omninò meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

*In regeſto B. Gregorii, ex quo citatur, non eſt inventum. Habetur autem in epiſt. 2. Simplicii Papæ, cui etiam Nicolaus I. in epiſt. ad Hincmarum, cujus initium eſt,* Epiſtolam beatitudinis tuæ. *& Burchardus, & Ivo, & aliquod vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt: ſuprà etiam diſtinct. 74. c. ult. § nam privilegium. citatur ex eodem Simplicio. Simile eſt quod B. Auguſtinus ſermone de tempore 247. ſcribit.* Iudicio enim legum, jure ab obtenta dignitate dejicitur, qui privilegio ſibi conceſſo abutitur.

C. LXIV. ¶ *Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam.*

*Item* Gregorius *Antonio ſubdiacono, lib. 2. indict. 11. epiſt. 9.*

NOn debet is pœnam ſuſtinere canonicam, in cujus damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

*Ex his datur intelligi, quòd injuſta ſententia nullum alligat apud Deum, nec apud eccleſiam ejus aliquis gravatur iniqua ſententia, ſicut ex* g *Gelaſii capite habetur. Non ergo ab ejus communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quem cognoſcitur iniqua prolata ſententia. Cur ergo capitula Carthaginenſis, & Africani, atq; aliorum conciliorum, prohibent injuſtè damnatum in communione recipi, ante* h *judicii examinationem? cur & illud* in concilio Moguntinenſi *ſtatutum eſt?* i

C. LXV. ¶ *Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur.*

EPiſcopus *k*, Presbyter, aut Diaconus à gradu ſuo injuſtè dejectus, ſi in ſecunda ſynodo innocens reperiatur *l*, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus Epiſcoporum: ſi Epiſco-

a *12. q. 1. nolo ut aliquis.* b *al. occidunt.* c *Ad locum, [Gratias ago Deo meo.]* d *Ivo p. 14. c. 6. Pannorm. l. 5. cap. 84. Proverb. 17. ſecundùm 70.* e *Rom. 12. 1. Corinth. 6.* f *Eſa. 5.* g *Eod. c.*

a *Infrà ead. plerunque. Poly. lib. 7. tit. 1. Ivo p. 14. cap. 3. Pann. lib. 5. cap. 79.* b *Ivo ibidem. Pann. lib. 5. cap. 80.* c *al. æterni.* d *æterni.] orig. ſuprà ead. plerunque. Ivo ibidem. Pann. l. 5. cap. 18.* e *Ioann. 11.* f *Simplicius Papa epiſt. 2. Anſ. l. 4. c. 3. Burch. lib. 1. c. 29. Ivo p. 5. c. 140.* g *Suprà ead. cui eſt.* h *Suprà ead. ſi Epiſcopus.] & [Placuit.]* i *In Toletano IV. cap. 27.* k *Burch. lib. 2. cap. 92. Anſelm. lib. 8. cap. 27. Poly. lib. 2. tit. 36. Ivo p. 5. cap. 367. & part. 6. c. 237. Pannorm. lib. 3. cap. 80.* l *inveniatur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pus eſt, orarium, annulum, & baculum: ſi Presbyter, orarium, & planetam: ſi Diaconus, orarium, & albam: ſi Subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ cùm ordinarentur, perceperant.

¶ *Hoc habetur in concilio Toletano IV. c. 27. ex quo citant Ivo p.5.c.367. & Polycarpus l.2.tit.36. Idem tamen Ivo par. 6. c.237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Pannormia, & Moguntino, & Toletano.*

3 pars. *Si ergo injuſtè dejecti, nec etiam per Epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant quæ amiſerant; quomodo ſua auctoritate cuiq; licet injuſtè ligatis communicare, & eis, non petita abſolutione ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire, Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt injuſta ex animo proferentis, juſta verò ex ordine & cauſa: aliquando eſt juſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando juſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. Cùm autem ex cauſa injuſta fuerit, aliquando nullum in eo omninò; qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum: aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt injuſta, cùm aliquis ſervata integritate judiciarii ordinis in adulterum, vel in quemlibet crimınoſum, non amore juſtitiæ, ſed livore odii, vel pretio aut favore adverſariorum inductus ſententiam profert. Unde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait.* ¶ *[Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur:] quia qui iratus in aliquem ſententiam profert, etſi ille quantum ad ſe, juſtam reportet ſententiam, iſte tamen, qui non amore juſtitiæ, ſed livore odii in eum ſententiam dedit, juſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

C. LXVI. ¶ *Sententia juſtitiæ non eſt pro præmio ferenda.*

*Item* Gregorius.

QVi *b* rectè judicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: quia juſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis malè utuntur, qui juſtè pro temporali lucro judicant. Tales quippe ad veritatem, non juſtitiæ defenſio, ſed amor præmii *c* provocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à juſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorum *d*, prævaricatio veritatis eſt. Vnde & pro juſto dicitur. [Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.]

¶ *Apud B. Gregorium non eſt inventum: ſed apud Iſidorum lib.3. de ſumm. bon. cap.58. quem citant Burchardus & Beda in ſcintillis.*

C. LXVII. ¶ *In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vindicat.*

*Item* Gregorius *lib.8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.*

ILla *e* præpoſitorum ſollicitudo utilis, illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vindicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt, nec quidquam agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore juſtum omne *f* putàt, quod fecerit.

C. LXVIII. ¶ *Graviter delinquit, qui ex ira ſententiam profert.*

*Item* Ambroſius *libro de ſancto Ioſeph, c. 13.*

IRa ſæpe etiam innocentes in crimen abducit: quia dum juſto amplius iraſcimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. Ideò Apoſtolus *g* ait, [Non vos ipſos vindicantes chariſſimi: ſed date locum iræ,] hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Vnde Dominus *h* IESVS dimittens ad Euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga, id eſt, ut & incentiva lit[...] & inſtrumenta eriperet ultionis.

C. LXIX. ¶ *Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt.*

*Item ex lib.11. Eccleſiaſt. hiſtoriæ* Rufini, *c.18.*

CVm apud Theſſalonicam ſeditione exorta, qu[...] vir ex militaribus impetu fuiſſet populi fur[...] tinctus, Theodoſius repentini nuncii atrocitate [...] ad ludos Circenſes invitari populum, eique ex im[...] circumfundi milites, atque obtruncari paſſim, ut q[...] occurriſſet, gladio jubet; & vindictam dari, non [...] ſed furori: ob hoc, cùm à ſacerdotibus Italiæ argu[...] agnovit delictum, culpamque cum lachrymis p[...] publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccle[...] git *a*, & in hoc ſibi tempus aſcriptum abſque regali[...] gio patienter implevit. Quibus omnibus illud q[...] mirabiliter adjecit. Lege ſanxit in poſterum, ut [...] tiæ Principum ſuper animadverſione prolatæ, [...] vigeſimum ab executoribus differrentur; quò lo[...] ſericordiæ, vel, ſi res tuliſſet, pœnitentiæ non [...] ret.

C. LXX. ¶ *In dictandis ſententiis rectores n[...] furore ducantur.*

*Item ex* b *dictis* Gregorii.

SVmmoperè *c* præcavere debent rectores eccleſi[...] & qui publica judicia exercent, ut in dictandis [...] tiis nullatenus levitate, aut furore ducti ſint præ[...] ſed cauſis prius diligenter ventilatis, cùm res, quæ [...] batur, pleniter ad notitiam venerit, tunc divina, [...] na lex reſolvatur *d*, & tunc ſecundùm quod ibi [...] tum eſt, remota perſonarum acceptatione, defini[...] feratur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes *e* [...] populi ſemper ad Dominum tabernaculum ing[...] ferebat, & juxta quod Dominus imperabat, ju[...] ponebat: nimirum nos inſtruens, ut non ex cord[...] ſed ex præcepto divino, condemnationis, vel juſti[...] ſententiam proferamus.

¶ *De non præcipitanda ſententia, leguntur non[...] Gregorium, lib.19. Mor. c. 23. ad ea verba Iob,* Cauſ[...] neſciebam, diligentiſſimè inveſtigabam. *& lib. [...] epiſt. 26. & alibi.*

C. LXXI. ¶ *Iuſtum judicium vendi n[...] poteſt.*

*Item* Auguſtinus *ad Macedonium, epiſt. 54.*

NOn *f* licet judici vendere juſtum judicium [...] cet advocato vendere juſtum patrocinium: [...] conſulto rectum conſilium.

¶ *Propria verba B. Auguſtini referuntur infrà, 14. [...] verſic. ſed non ideò.*

C. LXXII. ¶ *De eodem.*

*Item* Iſidorus *lib.3. de ſummo bono, c. 58.*

PAuper *g* dum non habet quod offerat, no[...] audiri contemnitur, ſed etiam contra verita[...] primitur. Citò violatur auro juſtitia, nulla[...] pertimeſcit culpam, quam redimere nummis c[...]

*Huic itaq; ſententiæ, quæ non amore juſtitiæ, ſed ex alia [...] cauſa fertur in quenquam; humiliter obediendum eſt.*

C. LXXIII. ¶ *Non recipiantur ab aliis, qui [...] rum Epiſcoporum contrahunt offenſam.*

*Unde* in Nicæno *h* concilio, *cap.5.*

SErvetur *i* iſta ſententia, ut hi, qui ab aliis [...] municantur, ab aliis ad communionem no[...] tur. Requiratur ſanè, ſi fortè ex aliqua indign[...]

a *Mutatis verbis, ſed ſalva ſententia. Iac. 1.* b *Iſidorus ſententiarum de ſummo bono l.3.c.58. Beda in ſcintillis c.71. Burc. l. 16. c.28.* c *al. pecunia.* d *al. munerum. Eſa 33.* e *Burch. l.15.c.29. Ivo p.16, c.30.* f *al. ira.* g *Rom.12.* h *Luc.9.*

a *al. exegit.* b *al. Gregorius.* c *Burch. l.16. c.[...]* *l.13.c.25.* d *revolvitur.* e *Exod. 33.* f *ſup. 14. [...]* *c.fin. Iſid. ibid. cap.59.* g *Bur. lib.16. c.82.* h *Et in [...]* *c.42.* i *Burchard. l.11. c.39. Ivo part.14. c.100. Poly[...]* k *μικροψυχία.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animi, aut contentione, aut qualibet tali commotione *a* Epiſcopi ſui abſtenti *b* ſint. *& infrà.* ¶ Vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorũ offenſas meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque Epiſcopo 1 ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

1 ¶ Epiſcopo ſuo ] *In priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſidori, & huic valdè ſimilis eſt, legitur,* quouſq; in communi, vel ipſi Epiſcopo ſuo: *nec multò aliter in altera vulgata verſione. Græce eſt,* μέχρις αὐ τοῦ κοινοῦ τ' ἐπισκόπων δόξῃ, *id eſt,* quouſque communi Epiſcoporum videatur.

*Item ſententia eſt injuſta ex ordine, quando non ſervato judiciali ordine, quilibet pro ſua culpa damnatur.*

C. LXXIV. ¶ *Res dubia non definiatur certa ſententia.*

*Vnde* Gregorius *ſcribit Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo, lib. 8. epiſtol. 30.*

GRave ſatis eſt, & indecens, ut in re dubia certa detur *c* ſententia.

C. LXXV. ¶ *Non credantur, quæ certis indiciis non demonſtrantur.*

*Item* Auguſtinus *in libro de pœnitentia* d, *c. 3.*

QVamvis *e* vera ſint quædam, non tamen judici ſunt *f* credenda, niſi certis indiciis demonſtrentur.

C. LXXVI. ¶ *Antequam examinentur aliqui non judicentur.*

*Item* Damaſus Papa *epiſtola ſexta.*

EOrum *g*, qui accuſantur, cauſas diſcutere non licet, priusquam canonicè vocati ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter *h*, & intelligat quæ ei objiciuntur. Quod benè, & per ſapientiam *i* Salomonis 1 dicitur: [ Antequam ſcruteris, ne reprehendas. Intellige prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne reſpondeas. ] Et licet apertiſſima ſit contrariorum reprehenſio; veruntamen oportet ab his, qui dati *k* ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſervari.

1 ¶ Salomonis ] *Citat librum ſapientiæ Sirach, id eſt, Eccleſiaſticum, nomine Salomonis. Et ſic citatur etiam à B. Gregorio, 1. q. 1. non eſt putanda. & à Cypriano libro 3. ad Quirinum, c. 20. & à Clemente Alexandrino, Stromatum lib. 7. & ab Origene hom. 18. in Numeros, & ab Hilario in Pſ. 67. & ab aliis Patribus: cujus rei rationem reddidit B. Auguſtinus, l. 2. de doct. Chriſtiana, c. 8. & alibi.*

C. LXXVII. ¶ *Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, uterq; reus eſt.*

*Item* ex octava ſynodo.

NOn *l* ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed & is, qui aurem citò criminibus præbet.

¶ *De hac inſcriptione octavæ ſynodi, notatum eſt ſup. eadem. q. 3. ſi quis frater.*

6 pars. *Cum ergò ſententia ex ordine injuſta eſt, nec tunc ab ea recedendum eſt: quinetiam, antequam ſententia daretur in eum, pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, ut adulter ſententiam pro ſacrilegio reportet, cujus reatum in conſcientia non habet. Hæc ſententia etſi injuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia; tamen juſtè ab eo reportata eſt, quia ex reatu adulterii jamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorii* m [ *Sententia paſtoris, &c.* ] *juſtam ſententiam vocat, quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: injuſtam, quando illud non ſubeſt: quæ tamen timenda, vel ſervanda eſt, quia ex alio jam dudum damnandus erat. Vnde cùm præmiſiſſet Gregorius* a, [ *Vtrum juſtè an injuſtè obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt,* ] *ſubſecutus adjecit.* [ *Ne is, qui ſubeſt, & cum injuſtè fortaſſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſolvere indiſcretè timeat, vel ligare. Is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel injuſtè, nec paſtoris ſui judicium temerè reprehendat: ne, etſi injuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumida reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.* ] ¶ *Aliquando nullum ſubeſt crimen, & tamen vel odio judicis, vel factione inimicorum oppoſitam ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.*

C. LXXVIII. ¶ *Quot modis humanum judicium pervertitur.*

*Vnde* Gregorius *ait.*

QVatuor modis pervertitur humanum judicium: timore, dum metu poteſtatis alicujus veritatem loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum *b* alicujus corrumpimus: odio, dum contra quemlibet adverſarium *c* molimur: amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus.

¶ *Apud Gregorium non eſt inventum: ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiam plenius: & ſequitur nonnullis interjectis poſt caput, quod rectè ſup. ea.*

*Quam verò grave ſit vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modò judicium pervertere, teſtatur* Hieronymus *in* d *Amos, cap. 6. dicens.*

C. LXXIX. ¶ *De iis, qui aliquo modo judicium pervertunt.*

QVicunq; aut conſanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hoſtili odio, vel inimicitiis in judicando ducitur, pervertit judicium Chriſti, qui eſt juſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

C. LXXX. ¶ *De iis, qui metu poteſtatis veritatem occultant.*

*Item* Auguſtinus *ad Caſulanum.*

QViſquis *e* metu cujuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe provocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. *& poſt pauca.* ¶ Vterq; *f* reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit; quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.

¶ *Caput hoc non eſt inventum apud B. Auguſtinum, cujus poſteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Auguſtini. Simillima leguntur in eodem libro tertio Iſidori, cap. 59.*

C. LXXXI. ¶ *De eodem.*

*Item.*

III. NEmo peritorum, aut prudentium putet, quo minus ſit periculum in verbis, lingua mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Melius eſt autem pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

C. LXXXII. ¶ *De eodem.*

*Item* Pelagius Papa II. *epiſt. 2. Benigno Archiepiſcopo.*

VNicuique providendum eſt, ne aliquem injuſtè perſequatur, judicet, vel puniat: ne Ieſum perſequatur, judicet, vel puniat.

*Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falſum teſtimonium contra aliquem dicit, Deum negare, vel vendere probatur.*

---

a. ἀνδίᾳ. b *al. excommunicati.* ἀποσυνάγωγοι. c *al. dicatur.* d *al. pœnitentiæ medicina.* e *Ivo p. 5. c. 247. Pann. l. 4. c. 114.* f *facile ſunt.* ] *orig. Aliquot verbis mutatis.* g *Anſ. l. 3. c. 51.* h *al. veritatem.* i *Eccl. 11. ſecundùm. 70.* k *al. deputati.* l *Iſidorus l. 3. de ſumm. bono. c. 59.* m *Sup. ea. c. 1.*

a *Hom. 26. in Evang. Iſidorus l. 3. de ſumm. bono, c. 48. Burch. lib. 16. c. 28.* b *al. muneris alicujus corrumpitur.* ] *Iſido.* c *al. adverſa.* d *Similia apud Iſidorum eo. l. 3. c. 57. & apud B. Hier. in Amos, c. 6. ad illud* [ *Quoniam convertiſtis in amaritudinem judicium.* ] e *Deuſdedit p. 1. Burch. l. 16. cap. 16.* f *Extra de crim. falſi, cap. 1.*

C. LXXXIII. ¶ *Qui falſum teſtimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, ſceleris Iudæ participes fiunt.*

*Unde* Beda *ad* a *c.14. Marci.*

ABiit *b* Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniam ſe daturos.] ¶ Multi hodie ſcelus Iudæ, quia Dominum, ac magiſtrum, Deumque ſuum pecunia vendiderit, velut immane & nefarium exhorrent: nec tamen cavent. Nam cùm pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimonium dicunt, profectò, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. Ipſe enim dixit: *c* [Ego ſum veritas.] Cùm ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte commaculant, Deum produnt: quia Deus *d* charitas eſt. Qui ergo charitatis & veritatis juſſa ſpernunt, Deum utique, qui charitas eſt & veritas, produnt: maximè cùm non infirmitate, vel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt *e* opportunitatem, qualiter arbitris abſentibus, mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.

C. LXXXIV. ¶ *Chriſtum negat, qui perverſis ſe ſocium facit.*

*Item* Hieronymus *in epiſtolam ad Titum, c.1. in extremo.*

EXiſtimant quidam in eo tantùm Chriſtum negari, ſi in perſecutione quis à gentilibus comprehenſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus *f* omnibus, quæ perverſa ſunt, factis, Deum aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, juſtitia, veritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem juſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotieſcunque vincimur à vitiis atque peccatis, toties Deum negamus: & econtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum eſt in *g* die judicii illos tantùm à Dei filio denegandos, qui in martyrio Chriſtum denegarunt, ſed *h* & illos omnes, quorum opere, vel ſermone, vel cogitatione Chriſtus negatus negat, vel confeſſus confitetur. De hac puto confeſſione, & diſcipulis præcepit, dicens: *i* [Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad extremum terræ.]

C. LXXXV. ¶ *Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare convincitur.*

*Item* Auguſtinus *tractatu 113. ad cap. 18. Ioannis.*

II. NOn ſolùm abnegat Chriſtum, qui *k* dicit eum non eſſe Chriſtum: ſed ille etiam, qui cùm ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus *l* enim non ait Petro, diſcipulum meum te negabis, ſed [me negabis.] Negavit ergo ipſum, cùm ſe negavit eſſe ejus diſcipulum. Quid autem aliud iſto modo, quàm ſe negavit eſſe Chriſtianum? *Item* 1 *tractatu 66.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita eſt confiteri Chriſtum, tanta mors eſt negare Chriſtum. An Apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam favore perverſo excuſare nituntur) Chriſtum non negavit, quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit?

1 ¶ Item] *In duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus hoc eſt aliud caput, & rubricam habet,* De eodem. *eſt enim ex tractatu 66. in Ioan.*

a *Et ad cap.26. Matth.* b *Marc.14. Matth.26.* c *Ioan.14.* d *1. Ioan.4.* e *Matth.26.* f *Tit.1.* g *Matth.10.* h *al. ſed per omnia opera, ſermones, cogitationes Chriſtus vel negatus, &c.* i *Actor.1.* k *Luc.22.* l *Luc.11.*

C. LXXXVI. ¶ *Veritatem prodit, non ſolum qui pro veritate mendacium loquitur ſed etiam qui veritatem non liberè prædicat.*

*Item* Ioannes Chryſoſtomus, [*id eſt, Author operis imperfecti, in Matth. hom.25.*

NOlite *a* timere eos, qui occidunt corpus:] ne propter timorem mortis, non liberè dicatis audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quæ aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his verbis oſtenditur non ſolùm ille proditor eſt veritatis, qui tranſgre veritatem, palàm pro veritate mendacium loqu ſed etiam ille, qui non liberè veritatem pronu quam liberè pronuntiare oportet, aut non liber tatem defendit, quam liberè defendere conven ditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor ritatem, quam audivit à Deo, liberè prædicet cus debitor eſt, ut veritatem, quam audivit qui cerdotibus probatam in ſcripturis, defendat ter. Quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis. de *b* enim creditur ad juſtitiam, ore autem conf ad ſalutem.]

*Hac ſententia potius judicem lædit, quàm eum, in quem ferè fertur.*

C. LXXXVII. ¶ *Injuſtè aliquem anathematizans, ſibi, non alii nocet.*

*Unde* Auguſtinus *ait.*

ILlud *c* planè non temerè dixerim, quòd quam fidelium fuerit anathematizatus tius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc p riam. Spiritus enim Sanctus habitans in quem quiſque ligatur aut ſolvitur, imme ingerit pœnam. Per eum quippe diffundi in cordibus noſtris, quæ non agit perperam clesiæ *e* dimittit peccata, & ab eccleſiæ p tenet peccata, non ſecundùm arbitrium ho ſecundùm arbitrium Dei. Petra enim tene mittit: columba tenet, columba dimittit: unitas dimittit.

1 ¶ Pax] *Hæc pars (nam ſuperior non eſt in ... guſtinum) ex ipſo eſt emendata, & nonnihil aucta.*

*Item Salomon* f [*ſicut avis in incertum volans, ... libet vadens: ſic maledictum fruſtra prolatum, ... miſit illud.*]

C. LXXXVIII. ¶ *Cujus vita ... gruit, alios ligatus ſolvit.*

*Item* Gregorius Papa *homilia 26. in Evangelia.*

PLerunque contingit, ut hic judicis *g* lo cujus ad locum vita minimè concordat: ſæpè agitur, ut vel damnet immeritos, vel gatus ſolvat; ſæpè in ſolvendis, ac ligandis voluntatis motus, non autem cauſarum tur. Vnde fit, ut ipſe *h* ligandi *i*, aut ſo ſtate ſe privet. *& infrà.* ¶ Sæpè fit, ut erga proximum odio, vel gratia moveatur paſtor autem dignè de ſubditis, &c. Vnde rectè tam *l* dicitur [Mortificabant animas, quæ ebantur, & vivificabant animas, quæ non morientem quippe mortificat, qui juſtum non victurum vivificare nititur, qui reum abſolvere conatur. Cauſæ ergo penſandæ ligandi atque ſolvendi poteſtas exercenda

a *Matth.10.* b *Rom.10.* c *Anſel. lib.12. ... tit.1. ſine authoris nomine.* d *Rom.5.* e *Aug. con- tra Donatiſtas, l.3. c.18.* f *Prov.26. ſed paulo aliter.* ... *cii. Ivo p.14. c.3. Pann. l.5. c.78.79. & 80.* h *al. ha- ... ead. ipſe ligandi.* k *ſup. ead. judicare.* l *Ezech. ...*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſt, quæ culpa præceſſit *a* & quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſolvat. Tunc *b* enim vera eſt abſolutio, &c. *& infra.* ¶ Ex qua conſideratione intuendum eſt, quòd illos nos debemus per paſtoralem auctoritatem ſolvere, quos auctorem noſtrum cognoſcimus per ſuſcitâtem gratiam vivificare. *& infra.* ¶ Veniat itaque foras mortuus, id eſt, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras ſolvant diſcipuli: ut paſtores eccleſiæ ei pœnam debeant amovere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de ſolutionis ordine breviter dixerim, ut ſub magno moderamine paſtores eccleſiæ, vel ſolvere ſtudeant, vel ligare.

C. LXXXIX. ¶ *Viribus caret ſententia injuſtè prolata.*

*Item* Calixtus Papa *epiſt. 1. ad Benedictum Epiſcopum.*

INjuſtum *c* judicium, & definitio injuſta, Regio metu, aut juſſu, aut cujuſcunque Epiſcopi, aut potentis, à judicibus ordinata vel acta, non valet. ¶ Homini religioſo parum eſſe debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere benè loquendo ſtuduerit. ¶ Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio.

C. XC. ¶ *Præmium meretur, qui injuſtè maledicitur.*

*Item* Auguſtinus *ſuper Pſal. 111. ad verſ. [Faciens miſericordias Dominus.]*

QVi juſtus eſt, & injuſtè maledicitur, præmium illi redditur.

*Hic etſi, ut dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum, ſententiæ tamen parere debet: ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur.*

7 pars. *Idem eſt, quando contra æquitatem ſententia fertur: veluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malum, ſcientes obedientiam non eſſe ſervandam prælatis in rebus illicitis.*

C. XCI. ¶ *Non eſt obediendum Epiſcopo, qui pro hæreticis Miſſam canere jubet.*

*Unde* Eutychianus 1 Papa *ait.*

SI *d* quis Epiſcopus aut Abbas Presbytero, aut monacho ſuo juſſerit, Miſſas pro hæreticis 2 cantare, non licet, & non expedit obedire eis.

1 ¶ Eutychianus] *Burchardus & Ivo referunt ex Eutychiano ſimul caput hoc, & c. ſi quis. 24. q. 1. quod tamen Gratianus citat ex Iulio.*

2 ¶ Hæreticis] *Cæteri collectores addunt,* mortuis; *quam vocem hic auctor gloſſæ ſupplevit.*

C. XCII. ¶ *Præceptis non obedire multoties expedet.*

*Item* Auguſtinus.

NOn *e* ſemper malum eſt non obedire præcepto: cùm enim Dominus jubet ea, quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt.

¶ *Hujus capitis partim verba ipſa, partim ſententia habentur apud beatum Ambroſium, lib. de Paradiſo, c. 6.*

C. XCIII. ¶ *De eodem.*

*Item* Hieronymus *in epiſt. ad Titum* e, *c. 2. verſ. [Servi Dominis ſuis ſubditi ſint.]*

SI Dominus ea jubet, quæ non ſunt adverſa ſcripturis ſanctis, ſubjiciatur ſervus Domino. Si verò contraria præcipit, magis obediat ſpiritus, quàm corporis Domino. *& infra, c. 3.* ¶ Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, & præſes, jubentis obſequere voluntati: ſi verò malum, reſponde ei illud de actibus Apoſtolorum *a*: [Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.] Hoc ipſum & de ſervis intelligamus apud Dominos, & de uxoribus apud viros, & de filiis apud parentes: quòd in illis tantùm debeant Dominis, viris, parentibus eſſe ſubjecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

1 ¶ Titum] *Sic eſt emendatum ex Polycarpo, cùm antea citaretur,* ad Epheſios, *emendato etiam, & non nihil locupletato ipſo capite ex originali.*

C. XCIV. ¶ *Non ſunt audiendi, qui contra Deum aliquid jubent.*

*Idem* Ambroſius.

IVlianus *b* Imperator, quamvis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cùm dicebat, producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei. Cùm autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cœli.

¶ *Infrà eadem c.* Imperatores. §. Iulianus. *habetur hæc ſententia: fortaſſeq; ex eo loco mutatis verbis, confectum eſt hoc capitulum.*

C. XCV. ¶ *Non jubet aliquid injuſtum, qui Deum timere probatur.*

*Item* Fabianus Papa, *epiſt. 2. omnibus Epiſcopis.*

QVi omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra Apoſtolos, nec contra Prophetas, vel ſanctorum Patrum inſtituta aliquid ullo modo agere conſentit.

C. XCVI. ¶ *Et qui peccat, & qui peccanti conſentit, uterque reus eſt.*

*Item* Nicolaus Papa *Lothario Regi.*

ITa *c* corporis tui cedere motibus conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis temetipſum in lacum miſeriæ, & in lutum fæcis prohibitum dejeciſti; ut qui poſitus fueras ad gubernationem populorum, effectus ſis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi *d*, & Guntharii dudum Epiſcoporum legitimus caſus: qui pro eo, quòd te minimè competenter erudierunt, quinimò quia prævaricationem tuam tegere argumentis ſuis, & ſub quadam juſtitiæ ſpecie, fucatis quibuſdam exquiſitis adinventionibus, æquitatem obruere ſtuduerunt, noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti auctoritate, & ab omni Epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

C. XCVII. ¶ *De eodem.*

*Item* Auguſtinus *ſermone 6. de verbis Domini.*

QVi *e* reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid *f* ſi illud jubeat, quod non debeas facere? Hic ſanè contemne poteſtatem, timendo poteſtatem. Ipſos humanarum legum *g* gradus advertite. Si aliquid juſſerit curator, nonne faciendum eſt? tamen, ſi contrà proconſul *h* jubeat, non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul jubeat, & aliud jubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi eſſe ſerviendum? Ergo, ſi aliud Imperator, & aliud Deus, quid judicatis? Solve tributum: eſto mihi in obſequium: rectè, ſed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Major poteſtas. Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic jam tibi aſſumenda eſt fides tua tanquam *i* ſcutum, in quo poſſis omnia ignita jacula inimici extinguere.

¶ *Emendatum & locupletatum eſt caput hoc ex ipſo originali.*

C. XCVIII. ¶ *De eodem.*

Item *Donatiſtis, epiſt. 166.*

IMperatores *k*, ſi in errore eſſent, (quod abſit) pro errore ſuo contra veritatem leges darent, per quas juſti

a *Abeſt ab orig.* b *Sup. ead. nunc vera.* c *25. q. 1. omne. §. injuſtum. ex Marcellino, in c. Hadrian. cap. 78. ead. lib. 5. c. 251. Burch. l. 15. c. 6. Anſel. l. 3. c. 84. Ivo p. 5. c. 235. & p. 16. c. 9.* d *Polyc. l. 7. tit. 5. Burch. l. 19. c. 105. Ivo p. 15. c. 117.* e *Anſel. lib. 13. c. 26. Polyc. l. 1. tit. ultim.*

a *Act. 5.* b *Infra, c. Imperatores. §. Iulianus.* c *Ivo p. 8. c. 227. Pſ. 39.* d *Sup. ea. Teugualdum.* e *Beda Rom. 13. Polyc. l. 1. tit. 27. Rom. 13.* f *ſed ſi. ori.* g *al. rerum.* h *al. proconſulem.* i *Eph. 6.* k *Sup. diſt. 9. c. 1. Polyc. ibid.*

& probaretur, & coronarentur, non faciendum quod illi
juberent, quia Deus prohiberet. Sicut juſſerat Nabucho-
donoſor *a*, ut aurea ſtatua adoraretur: quod qui facere
noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando
autem Imperatores veritatem tenent, pro ipſa contra er-
rorem jubent. Quod quiſquis contempſerit, ipſe ſibi
judicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit,
& apud Deum ſortem *b* non habebit, quia hoc facere
noluit, quod ei per cor Regis ipſa veritas juſſit: ſicut ipſe
Nabuchodonoſor poſtea miraculo ſalutis trium puero-
rum commotus, atque mutatus, pro veritate contra er-
rorem edictum propoſuit, ut quicunque blaſphemarent
Deum Sidrac, Miſac, & Abednego, in interitum irent,
& domus eorum in diſperſionem. Et non vultis, ut
aliquid tale contra vos jubeant Imperatores Chriſtiani,
cùm ſciant à vobis in eis, quos rebaptizatis, Chriſtum
exſufflari? *Idem in Pſalmis. c.* ¶ Iulianus extitit infide-
lis Imperator. Nonne extitit apoſtata, iniquus, idolo-
latra? Milites Chriſtiani ſervierunt Imperatori infide-
li. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant,
niſi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, ut
idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum.
Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra il-
lam gentem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant
Dominum æternum à Domino temporali: & tamen
ſubditi erant propter Dominum æternum etiam Domi-
no temporali.

C. XCIX. ¶ *Per obedientiam bonum deſerere, malum verò nunquam facere licet.*

*Item* Gregorius, *c.12. lib.35. in Iob.*

QVid ergo mirum, ſi homo peccator ſe obedientiæ in
præſentis vitæ brevitate ſubjicit, quando hanc me-
diator Dei & hominum tenuit 1, & tenendam præcepit,
& cùm obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum
verò eſt, quòd nunquam per obedientiam malum fieri,
aliquando autem per obedientiam debet bonum,
quod agitur, intermitti. Neque enim in paradiſo arbor
mala extitit, quam Deus homini, ne contingeret, inter-
dixit: ſed ut melius per obedientiæ meritum homo bene
conditus creſceret, dignum fuerat, ut hunc, etiam à bono
prohiberet: quatenus tantò verius hoc, quod ageret,
virtus eſſet, quantò & à bono ceſſans auctori ſuo ſe ſub-
ditum humilius exhiberet.

1 ¶ Tenuit, & tenendam præcepit ] *Hæc abſunt à ple-
riſque manuſcriptis, & ab originali. Simile quiddam legitur a-
pud B. Auguſtinum, ſermone 5. ad fratres in eremo.* Nec mi-
rum, inquit, ſi nos peccatores obedientiæ ſubjicimur,
quando hanc mediator Dei & hominum etiam in mor-
te non deſeruit, & ei ſe ſubjecit, qui per omnia erat patri
æqualis.

CAP. C. ¶ *Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit.*

*Item* Iſidorus.

QVi *d* conſentit peccantibus, & defendit alium de-
linquentem, maledictus erit apud Deum, & homi-
nes, & corripietur increpatione ſeveriſſima. Hinc etiam
quidam ſanctiſſimus Pater ait. Si quis peccantem defen-
dit, acrius quàm ille, qui peccavit, coërceatur. Hinc &
alius Pater ait. Si quis alterius errori conſenſerit, & illi
conſilium dederit, ut ſe tardius humiliet, ſciat ſe cum il-
lo ſimili modo judicandum culpabilem.

¶ *Prima pars hujus capituli uſque ad vocem,* ſeveriſſima, *habetur in regula beati Pachomii, Romæ edita. Totum verò ex-
tat apud Smaragdum in expoſitione regulæ beati Benedicti, cap.69. Citat autem Baſilium, quemadmodum & Burchardus, &
Ivo: & ſenſus eſt in regulis ipſius Baſilii brevioribus, q[…]
ſeptima.*

C. CI. ¶ *Non eſt obediendum, quod contra Deum præcipitur.*

*Item* Iſidorus.

SI is, qui præeſt, fecerit, aut cuiquam quod à Domi[…]
prohibitum eſt, facere juſſerit, vel, quod præcep[…]
eſt, prætererit, aut prætererire mandaverit, ſancti Pa[…]
Apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt, dicentis. [ Etia[…]
nos, aut Angelus de cœlo evangelizaverit vobis, pr[…]
quam quod vobis evangelizavimus, anathema ſit. ] […]
¶ Si quis 1 prohibet vobis, quod à Domino præcep[…]
eſt, vel rurſus imperat fieri, quod Dominus pro[…]
execrabilis ſit omnibus, qui diligunt Deum. *Item* […]
qui præeſt, ſi præter voluntatem Dei, vel præter q[…]
ſanctis ſcripturis evidenter præcipitur, vel dicit a[…]
vel imperat, tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrile[…]
beatur.

¶ *In regulis brevioribus B. Baſilii, c.114. & 303. ſimili[…]
tur hiſce omnibus, quæ in hoc capite continentur.*

1 ¶ Si quis prohibet ] *In lib. B. Baſilii de inſtitu[…]
chorum, Rufino interprete, ferè eadem habentur, c.14. [...]
dum ultimus verſ.* is qui præeſt. *ibid. c.16.*

*Cùm ergo ſubditi excommunicantur ideò, quia ad […]
non poſſunt, tunc ſententiæ non eſt obediendum: quia […]
laſit. b [ Nec apud Deum, nec apud eccleſiam ejus, […]
gravat iniqua ſententia. ]*

8 pars. *Quòd autem ſuprà, communicantes excom[…]
de eccleſia abjici jubentur, non de quolibet modo comm[…]
intelligendum eſt.*

C. CII. ¶ *De his, qui cum excommunica[…]tis communicant.*

*Unde* Nicolaus Papa *Hincmaro Rhemorum A[r]chiepiſcopo.*

EXcellentiſſimus *c* Rex Carolus Apoſtolat[…]
conſuluit, quid agendum ſit de his, qui com[…]
cum his, qui cum Engeltrude *d* ſæpè damn[…]
communicant: quoniam eam cum comm[…]
ſuis, & fautoribus pari vinculo anathemati[…]
aſtrictam. Quapropter nunc beatitudini […]
mus, ut ſuper hoc noſtra auctoritate fretus, […]
ſumere ſtudeas: quia docta divinitus ſancti[…]
novit, aliud eſſe ex neceſſitate, aliud ex igno[…]
aliud, quod ex ſtudio delinquitur, iſtudq; po[…]
bus prioribus diſtrictius eſſe puniendum; […]
lerter invigilet, & cauta diſcretione ſingulo[…]
dijudicet: quatenus, qui ex neceſſitate, […]
delinquunt, auctoritate noſtra per te abſolv[…]
men ipſa eorum ignorantia, vel neceſſitas […]
ſimulata, vel non ex voluntate proceſſerit: […]
ne noſti, plerique ſunt, qui poſſunt quidem […]
recta noſſe. Vnde pſalmiſta *e* de hujuſmod[…]
inquit, intelligere, ut bene ageret. ] Illos […]
ſtudio ſuo obligantur, & contemptu inte[…]
poſtponunt, non niſi digna ſatisfactione præ[…]
lumus à te prorſus abſolvi.

C. CIII. ¶ *De iis, qui ſine culpa excommuni[…]catis communicant.*

*Item* Gregorius VII. *lib.5. Regiſtri in conc[…] Romæ habito.*

QVoniam *f* multos peccatis noſtris […]
pro cauſa excommunicationis perire […]
nimus, partim ignorantia, partim nimia […]
partim timore, partim etiam neceſſitate, […]
ricordia, anathematis ſententiam ad tempus, […]
ſumus, opportunè temperamus. Apoſtolica […]

a *Daniel.3.* b *al. frontem.* c *In Pſal.124. ad ver: Quoniam non derelinquis.] Beda ad Epheſ.6.* d *Smaragdus c.69. Anſ. l.12. c.5. Burch. l.11. c.46. Ivo p.14. c.110.*

a *Galat.5.* b *Sup. c. cui eſt illata.* c *Ivo p.1[…]* *l.5. c.106.* d *B. Greg. l.34. mor. cap.16.* e *Pſal.* […] *c.43. Pann. l.5. c.125.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet uxores, liberos, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, nec non ruſticos ſervientes, & omnes alios, qui non adeò curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſive illos qui communicant cum eis; qui excommunicatis communicant. Quicunque autem orator, ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit, ubi non poſſit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et ſi quis excommunicatis non *a* in ſuſtentationem ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare aliquid voluerit, non prohibemus.

C. CIV. ¶ *De Bonifacio, qui excommunicatis, & 1 Pſeudoepiſcopis ſe non communicaturum juravit.*

*Item* Bonifacius Martyr *Zachariæ Papæ in epiſt. quæ incipit* [*Paternæ.*]

ANteceſſor *b* prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinavit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, ut canonicis, & juſtis Epiſcopis, & Presbyteris, in verbo, facto, conſenſu, aſtipulator fierem, & adjutor, (quod cum divina gratia adimplere ſtudui:) falſos autem ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum, vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem & abſtinerem à communione ipſorum: quod ex parte ſervavi, & ex parte cuſtodire & implere non potui: ſed ſpiritualiter implevi ſacramentum, quia in *c* conſenſum, & in conſilium eorum non venit anima mea, corporaliter autem ab eis omninò abſtinere non potui. Dum enim veniſſem ad Principem Francorum, cogente eccleſiarum neceſſitate, non tales ibi reperi, quales volui: ſed tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis non communicavi.

1 ¶ Et Pſeudoepiſcopis ] *Hic in aliquot vetuſtis antea legebatur*, excommunicatis à Pſeudoepiſcopis.

¶ *Epiſtola, in qua habetur capitulum hoc, edita eſt per Laurentium Surium in vita ſancti Bonifacii legati Germaniæ, & martyris. Emendatior autem extat manuſcripta Romæ in bibliotheca monaſterii Dominicani.*

C. CV. ¶ *Excommunicatis non communicat, qui eis animo non conſentit.*

*Item* Zacharias Papa *Bonifacio martyri in epiſtola cujus initium eſt,* [*Benedictus Deus.*]

QVod *d* prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius, hujus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ præſul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit antè eſſe munitam *e*: ita ut orthodoxos Epiſcopos, Presbyteros, vel quoſcunque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares (quod & factum eſt:) ſi quos verò ſeductores Epiſcopos, aut Pſeudopresbyteros, vel quoſque à recto fidei tramite deviantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te, ſolatiante Deo, uſque ad præſens ſpiritualiter ſervaſſe confeſſus es: vel, ſi omninò propter Principalem, & humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, conſilio, & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quòd cum eis converſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo.

¶ *In epiſtola præcedunt hæc verba*, Suggeſſit itaque ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd prædeceſſor noſter, &c.

a *al. in ſuſtentationem, non ſuperbia.* b *Ivo p.2.c.95.* c *Gen.49.* d. *Ivo p.2.c.96.* d *al. monitam.*

9 pars. *Excommunicationis autem forma, & modus, atq; reconciliationis hic eſt.*

C. CVI. ¶ *Modus, & forma excommunicationis.*

DEbent *a* duodecim ſacerdotes Epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in cõcluſione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare pedibus: deinde epiſtola per parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis.

*Apud Burchardum & Ivonem ea, quæ in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, citantur ex concilio Rothomagenſi. In collectione verò canonum incerti auctoris manuſcripta, iiſdem verbis, quibus hic, refertur ex Zacharia Papa.*

C. CVII. ¶ *De eodem.*

*Item* ex concilio Arauſico.

CAnonica *b* inſtituta, & ſanctorum Patrum exempla ſequentes, eccleſiarum Dei violatores 1 auctoritate Dei, & judicio Sancti Spiritus à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quoaduſque reſipiſcant, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

1 ¶ Violatores ] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetuſtis Gratiani codicibus ſequitur. N. Ab aliis tamen Gratiani exemplaribus, & ab Ivone abeſt nota iſta.*

C. CVIII. ¶ *Modus reconciliationis excommunicatorum.*

*Item* ex eodem.

CVm *c* aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit, Epiſcopus, qui eum excommunicavit, ante januas eccleſiæ venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent 1. Et ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, & de futuris cautelam ſpondet, tunc Epiſcopus apprehenſa manu ejus dextera, in eccleſiam illum introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem Pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus, Kyrie eleyſon, Pater noſter, Salvum fac ſervum tuum. *Oratio*, Præſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cujus integritate deviaverat peccando, admiſſorum veniam conſequendo, reddatur innoxius, per, &c.

1 ¶ Debent ] *Apud Burchardum, qui etiam ex concilio Arauſico citat, hæc ſequuntur.* Vbi etiam adeſſe debent illi, quibus injuria vel damnum illatum eſt, *& multa alia, quæ omninò perlegenda ſunt.*

10 pars. *Presbyteris verò, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponenda,* Ioannes VIII. *clero & ordini Salonitano* d *ſcribens, definit, dicens.*

C. CIX. ¶ *Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati, ſacrum miniſterium contingere præſumunt.*

DE *e* illis Presbyteris, qui tempore ſanctiſſimi prædeceſſoris noſtri Domini Papæ Nicolai excommunicati ſacrum miniſterium *f* contingere præſumpſerunt, ipſi in ſe damnationis (ſicut ſacri canones ſtatuerunt) ſententiam intulerunt. Tamen, quia miſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinem miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus, ut ſancta communione ſaginati, ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni 1 ſecunda, &

a *Burchard. lib.11. cap.3. Ivo part.14. c.76.* b *Burch. lib.11. cap.7. Ivo part.3. cap.126.* c *Burch. lib.11. cap.8.* d *al. Salernitano.* e *Ivo part.14. cap.35. Panorm. lib.5. c.104.* f *al. myſterium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quarta, & ſexta feria à 2 vino & à carne penitus jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere.

1 ¶ Omni ſecunda] *Apud Ivonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur*, omni ſecunda, & ſexta feria: *in uno autem*, omni quarta, & ſexta feria.

2 ¶ A vino] *In Pannormia eſt*, aut à vino, aut à carne: *apud Ivonem*, à vino aut aceto.

*Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.*

C. CX. ¶ *Pro modo peccati puniantur, qui excommunicatis communicant.*

*Unde* Urbanus II. *Genebaldo a Conſtantienſi Epiſcopo.*

SAnctis *b* quippe canonibus cautum conſtat, ut qui ex-
communicatis communicaverit, excommunicetur.
Ipſius *c* tamen pœnitentiæ, atq; abſolutionis modos eo
moderamine decernimus, ut quicunq; ſeu ignorantia,
ſeu timore, ſeu neceſſitate negotii cujuſquam maximi, &
maximè neceſſarii, eorum ſe convictu, ſalutatione, ora-
tione, oſculatione *d* contaminaverint, cum minoris pœ-
nitentiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem *e*
ſortiantur. Eos verò, qui aut ſpontaneè, aut negligen-
ter inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ coërcitione *f*
ſuſcipi, ut cæteris metus incutiatur.

## CAUSA XII.

QUidam clerici propria relinquere volunt: de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt: de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.

1 *Modò primum quæritur, utrum liceat clericis proprium habere.*

2 *Secundò, an res eccleſiæ, quæ ab eis datæ ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*

3 *Tertiò, ſi ante tempus ordinationis ſuæ, qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inveniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere quibus voluerint: an non.*

4 *Quartò, ſi de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiiſſe noſcuntur, an utrique communiter, an ſingulariter eccleſiæ, vel ſacerdoti, jure proveniant.*

5 *Quintò, ſi teſtamenta liceat eis conficere.*

### QUÆSTIO I.

1 gs CLericos nihil poſſidere, multis auctoritatibus jubetur g.

C. I. ¶ *Impuberes, & adoleſcentes in uno conclavi manentes, probatiſſimo ſeniori deputentur.*

*Ait enim* Toletanum concilium quartum *c. 23.*

OMnis *h* ætas ab adoleſcentia *i* in malum prona eſt. Nihil enim incertius, quàm vita adoleſcentium. Ob hoc conſtituere oportuit, ut ſi qui in clero impuberes *k*, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in uno conclavi atrii commaneant *l*, ut lubricæ ætatis annos, non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant, deputati probatiſſimo ſeniori, quem & magiſtrum diſciplinæ, & teſtem vitæ habeant. ¶ Quòd ſi aliqui ex his pupilli exiſtunt, ſacerdotali tutela foveantur: ut & vita eorum à criminibus intacta ſit, & res ab injuria improborum. Qui autem his præceptis reſultaverint, monaſteriis deputentur, ut vagantes animi, & ſuperbi, ſeveriori regula diſtringantur.

a *al.* Gebehardo. b *Ivo p.14. c.45. Pann. l.5. c. 107.* c *al.* ipſi. d *al.* oſculóve. e *al.* participium. f *al.* coercione. g *al.* approbatur. h *Anſ. l.7. c.1.* i *Gen.6. & 8. Prover.30.* k *al.* puberes. l *al.* commorentur.

C. II. ¶ *Omnibus clericis communis eſt vita ſervanda.*

*Item* Clemens *in epiſt. 5.*

DIlectiſſimis *a* fratribus & condiſcipulis, Hieroſoly-
mis cum dilectiſſimo fratre Iacobo Coepiſcopo ha-
bitantibus, Clemens Epiſcopus. Communis vita, fratres,
omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irrepre-
henſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eo-
rumque diſcipulorum imitari volunt. ¶ Commu[nis]
enim uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus
eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc
ſuum eſſe dixit, & alius illud, & ſic inter mortales facta
diviſio eſt. ¶ Denique Græcorum quidam ſapientiſſi-
mus, hæc ita ſciens eſſe, ait, communia debere eſſe ami-
corum omnia. [In omnibus 1 autem ſunt ſine dubio
conjuges.] Et ſicut non poteſt, inquit, dividi aër,
ſplendor ſolis; ita nec reliqua, quæ communiter in
mundo omnibus data ſunt ad habendum, dividi debe[re],
ſed habenda eſſe communia. Unde & Dominus per Pro-
phetam *b* loquitur, dicens: [Ecce quàm bonum, & quàm
jucundum, &c.] ¶ Iſtius enim conſuetudinis more
tento, etiam Apoſtoli *c*, eorumque diſcipuli, ut præ-
dictum eſt, unà nobiſcum & vobiſcum communem vitam
duxêre. Unde, ut bene noſtis, erat multitudinis cre-
dentium cor unum, & anima una: nec quiſquam eorum, aut
noſtrûm de his, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dice-
bat, ſed omnia illis & nobis erant communia: nec quiſquam
egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos
agros poſſidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & a-
liquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pe-
des Apoſtolorum *d* (ſicut nobiſcum quidam ve-
cognoverunt, & viderunt:) & dividebantur ſingulis
prout cuique opus erat. ¶ Ananias autem vir
rus, & Sapphira uxor ejus, qui mentiti ſunt Apoſto-
de pretio agrorum ſuorum, quos vendiderant,
præſentibus, in conſpectu omnium circumſtantium
conſpectu Apoſtolorum propter peccatum
mendacium, quod fecerunt, mortui elati ſunt
tera, quæ de talibus cognovimus, & vidimus,
datione, nec demonſtratione digna ſunt. Quap[ropter]
hæc vobis cavenda mandamus, & doctrinis,
plis Apoſtolorum obedire præcipimus: quia hi,
mandata eorum poſtponunt, non ſolùm rei, ſed
res fiunt. Quæ non ſolùm vobis cavenda, ſed
bus prædicanda ſunt. *& infrà.* ¶ Unde conſili[um]
tes, veſtram prudentiam hortamur, ut ab Apoſtol[orum]
gulis non recedatis: ſed communem vitam
ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Dom[inus]
ſtis, adimplere ſatagatis.

1 ¶ In omnibus autem ſunt ſine dubio & conj[uges.]
*Verba hæc abſunt ab originali, in recentioribus conciliorum [edi]tionibus impreſſo, & duobus ipſius manuſcriptis codicibus,*
*no, altero bibliothecæ ſancti Marci Florentiæ, & ab Anſelmo*
*verò ſententiam à Platone acceptam, hæretici quidam*
*Chriſtianam religionem invehere. Ita enim ſcribit Epiph[anius]*
*reſi 32.* Primùm quidem, quòd ipſe Epiphanes
tre ſuo, & ſectæ Antiſtite Carpocrate, ac ſodali
communes eſſe hominum uxores ſancivit, ex Pla[tonis]
publ. libris occaſionem nactus, & propriam
centiam perficiens. *Verùm apud veteres etiam Chriſtianos*
*uxorum communionem vehementer damnari ſolitam, Ter[tullianus]*
*in Apologetico evidenter teſtatur, his verbis.* Omnia
ſunt apud nos, præter uxores. In illo loco conſortium
vimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium
qui non amicorum ſolùm modo matrimonia
ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant, ex
do majorum & ſapientiſſimorum diſciplina, G[ræci Socratis],
cratis, & Romani Catonis, qui uxores ſuas ami[cis com]municaverunt, &c.

a *Anſ. ibid.* b *Pſal. 132.* c *Act. 4.* d *Act.*